

<36607048790014 S

<36607048790014

Bayer. Staatsbibliothek

Ed 2010

J publ. germ. 762-4

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

Bayerische Staatsbibliothek München

# PRÆFATIO.

## §. I.

Selectorum Tomus IV. LECTORIBVS hic ſiſtitur. Quieverunt autem Selecta noſtra, ex quo Gottingae ſubſtitimus. Neque enim deerant quae ageremus, & nos non fuiſſe otioſos, Lectores noverunt. Jam animam quaſi reſumunt, poſtmodum eo celerius, greſſum adornatura ſuum. Dant vero *TIBI* AVSTRIACA, tum Auſtriam in ſpecie concernentia, tum ſub Imperatorum Auſtriacorum Regimine geſta. Symbola haec noſtra eſt, quam aliae ſequentur. Amo Auſtriam, Maximos Caeſares, Reges, Principes, Rerum adminiſtros, Germaniae dare ſolitam. Vt adeo huic, ſe ipſum fere debeat, Germanicum nomen. Haec cauſa, vt prae aliis, quae parata habebam, ad Auſtriaca animum appellerem. Invenient plura in hoc & ſe-

quente Tomo, rerum Auſtriacarum cupidi, quae ſe latere nollent. Fuiſſent etiam aliquae Hiſtoricae Meditationes, ſed iis prudentes abſtinuimus. Neque enim opus erat, quia haec terra *Illuſtrium Hiſtoricorum* agmine ſuperbit, cum Auſtriaci Principes ſtudia ſemper amaverint, eruditosve ad ſcribendum provocaverint. De apparatu tantum cogitamus, qui reliquis fontibus adiungatur. Dives vero & hic eſt Auſtria, tam editorum, quam manu exaratorum fontium copia ſuperbiens. Ab initio memorandi illi, quos R. P. HERRGOTT in Prolegom. ad Geneal. Habsb. p. 60. ſqq. produxit, & partim LAMBECIVS exhibuerat, cum in Hiſtoria Bibliothecae Vindobonenſis, tum in Catalogo librorum a ſe editorum, Vindobonae cIↃ IↃC LXXIII. in 4. publici Juris facto. Multorum quoque titulos reperire eſt in Sciagraphia magni corporis Hiſtorici *Danielis de* NESSEL Vindobonae 1692. 4. necnon B. *de* BAVMANN. Voluntario Imperii conſortio, inter Fridericum Auſtriacum, & Ludovicum Bavarum Auguſtos ed. Francof. & Lipſ. cIↃ IↃ CC XXXV. fol. ubi plures id genus Codices excerpti ſunt. Habentur ad haec paſſim in Bibliothecis extra Auſtri-

am

am Rerum Auſtriacarum Hiſtorici Anecdoti. Multum vero manu exaratorum Codicum, Bibliothecarum forulis eripuit, Vir nominis aeternitate digniſſimus, *Hieronymus* PEZIVS, in Scriptoribus Rerum Auſtriacarum veteribus ac genuinis Lipſiae 1721. & 1725. II. Tomis in fol. eodemque fere tempore Praeceptor meus, Fridericianae Cancellarius *Joh. Petr.* A LVDEWIG in Reliq. Manuſcriptorum omnis aevi diplomatum ac monumentorum ineditorum adhuc, Tomo IV. Francof. & Lipſ. 1722. 8. necnon B. *Simon. Frideric.* HAHN in Collectionis Monumentorum veterum ac recentium ineditorum Tomo I. Brunſuigae 1724. 8. & Tomo II. Brunſuigae 1726. 8. ubi Chronicon Hagenianum, Gilienſe, & Salisburgenſe extant. Nec memorare obliviſcar, amicum nomen *Jo. Jac.* DE MOSER, Viadrinae Ordinarium, cum alias, tum praecipue in Bibliotheca Manuſcriptorum, maxime Anecdotorum, eorumque Hiſtoricorum, Auſtriaca ſiſtentem, quae Norimbergae, 1722. 4. emiſſa eſt. Multum quoque MStorum Auſtriacorum produxerunt, in aliis Operibus, PEZII fratres, DVELLIVS in duobus Miſcell. Tomis, Auguſtae Vindel. & Graecii,

 1723.

1723. & seq. anno in 4. aliisve scriptis. HVBERVS in Austria ex Archiviis Mellicensibus illustrata. STEYRERVS in Alberto II., ubi in praefamine, plura rerum Austriacarum Chronica, simul recensita deprehendas. Non parum quoque Austriacorum dabunt, cum aeternum illud S. R. ABBATIS GOTWICENSIS Opus Chronici Monasterii Gotwicensis 1732. fol. max. editum; tum Excellentissimi Illustrissimique Judicii Imperialis Aulici Praesidis Comitis DE WVRMBRAND ἀνωνύμως edita Collectanea Genealogico-Historica, ex Archivo inclytorum Austriae Inferioris Statuum, vt & aliis privatis scriniis documentisque originalibus excerpta, accessit de hereditariis Provinciarum Austriacarum Officialibus Commentatio Viennae Austriae 1705. fol. Opus hoc tanta origine dignissimum, cujus pars posterior Jenae 1738. cura *Joh. Georg.* ESTORIS in 4. recudebatur, & omnibus Historiam patriam amantibus, gratissimum Jure meritoque esse debet. Novissime quoque prodiit, opus magnae diligentiae, *Johannis Georgii Adami* Baronis AB HOHENECK, die löbliche Herren Stände, des Ertzhertzogthumb Oesterreich ob der Ens oder Ge-

nealog.

nealog. und Historische Beschreibung von derselben Ankunfft &c. in 2. Theilen Passau 1732. fol. quod monimentis fide dignissimis, refertissimum est. Recenseo ex instituto eos, qui Scriptores antiquos & Diplomata Austriaca copiose dederunt; si enim omnium eorum meminisse vellem, qui de Austria aliquid reliquerunt, hae quidem pagellae non essent suffecturae. Praecipui in contexta ex instituto Historia, Austriacarum rerum Scriptores habentur, CVSPINIANVS, FVGGERVS, DE ROO, GVILLIMANNVS in editis & praecipue MStis Austriacarum Rerum Commentariis & omnium novissimus R. P. *Marquardus* HERRGOTT qui Genealogiae Diplomaticae Augustae Gentis Habsburgicae Tomos tres, a. 1737. seqq. in folii regii forma emisit. Bello paceque MAXIMI CAESARIS munificentia dignum hoc opus est, magna diligentia confectum, ab Auctore erudito, politiore litteratura imbuto, & aliis iam scriptis claro. Censum eius ex parte peregit ANONYMVS in Part. I. *des Gôttingischen Abrisses von dem neuesten Zustande der Gelehrsamkeit.* Et plura potuissent addi, si quis omnia ad vivum resecare vellet.

 §. 2.

§. II.

Neſcio, quid ego commiſerim, vt *Auctor Cel.* in me, Proleg. 1. pag. 5. Tom. I. paulo videatur iniquior. Taxat VIR ERUDITVS, quod interdum copias ediderim, idque in Tomi I. Selector. praefamine faſſus fuerim. Quis vero me hiſce conſtringat anguſtiis, vt non nunquam, ſi id vtile judicem, transſumta non edam? Non ſoli P. R. HERRGOTTO ſcripſi, vti nec is ſoli mihi. Omnibus ſcribimus, & praecipue videndum eſt, ne inutilia, ne falſa, aliis obtrudamus, id quod ſemper cavi. Si qua vero dubium natum, & hoc indicare non neglexi. Si ego, vnius tantum gentis Hiſtoriam concinnare, animum induxiſſem, licebat & mihi archaeographis frui, praecipue ſi quis regios ſuppeditare voluiſſet ſumtus, & Divam Vacunam, cum qua mihi non admodum convenit. Et plura originum aut authenticorum, Exempla mea praebent, quam nudas copias. Non erat ergo, cur me, iis verbis, quae in buccam veniebant, laceſſeret VIR ERVDITVS, quem, licet in me injurium, colere non deſinam. Is vero, qui alios ſine cauſa vellicat, quam aegre fert, vel ipſam veritatem! *Cenſor Gottingenſis*, vti ipſi

qui-

quidem is dicitur, nil nisi hanc edisseruerat, & tamen in Addendis & Corrigendis Tomi I. admodum ei irascitur. Non Censoris causam agam, nec is forte Advocato eget; ostendam tamen P. R. HERRGOTTO, laboris mei immerentis causa suscepti in vicem, nil nisi recte se habentia dixisse Censorem, & forte plura retinuisse in mente: *Primo* aegre fert P. R. HERRGOTT, in Recensu Gottingensi se moneri de Chartis Habsburgicis Germanicis, 1265. & 1266. exaratis. Opinatur nodum in scirpo quaeri, quia ipse chartas pagenses Germanicas, à medio Seculi XIII. haberi, jam dederit. Sed ego quidem existimo, nodum in scirpo quaeri à *Reverendo Patre.* De hisce enim chartis maximi pretii non adductis, & facto ingentis momenti omisso, haud dubie monitum volebat Censor Historicum nostrum, eius dicta suis confirmans. Ad haec nil novi propositum à nostro, docendi ipsi forte animus fuit, cum ea, quae huic nova videbantur, diu jam fuerint demonstrata. Vt vero longius progrediar, (2) nec in eo peccavit Censor Gottingensis quando castrum Habsburg pro tuenda substantia, sive haec feudalis, sive alodialis esset, constructum, & inde nomen sorti-

tum asseruit; neque λογομάχεται, quando *castrum alodiale*, aut *in alodio constructum*, quod perinde est, quaque enunciatione, castrum Habsburg, Herrgottus παραφράζει, non recte nominis rationem & vim exprimere, contendit: Multum ergo litis superat. Nec etiam (3) Censori Gottingensi vitio vertendum erat, si castrum Habsburg, forte quasi *Habichtsburg*, ab omine ex accipitris visu, vel alias nato, dictum, adstruxit. Novit ille haud dubie cum nostro, castrum pro accipitribus nunquam strui. Sed perinde forte hunc non latebit, pro gallinis castra non strui, nec etiam pro falconibus, & tamen dari castra *Hennenberg* & *Falckenstein*, vt alia id genus taceam. Nec ideo (4) acri censura dignus est Gottingensis Notator, dum nostri verba: *Medio aevo usu receptum fuisse, veteribus Dynastis, appellationes Domini, Comitis ac Ducis, promiscue adhibere*, à veritate abire, censuit. Demonstrabit enim noster, nullo modo, Liberis, Dominis, qui Duces aut Comites simul non erant, aut hosce titulos à parentibus forte retinuerant, eos applicatos esse. Ducibus vero, interdum Comitis, interdum Domini elogia vsuvenisse, tempore Carolingico, largior, eo vero, de quo Herr-

gottus loquitur, ſeculo nimirum XI. id contigiſſe, nego, & ſi velit, cuncta loca apud Pfeffingerum & Cangium extantia explicabo. Rationem diverſitatis non ignorant ii, qui Jurium Germanicorum gnari ſunt, licet, (vt Herrgotti verbis vtar,) *non cujusvis ſortis hominibus, haec ſtatim pateant.* PFEFFINGERVS certe & CANGIVS, ea quae noſter, nunquam erant aſſerturi, homines rei Antiquariae peritiſſimi, ex quorum prioris ore, ſua hauſiſſe Lunaeburgi, Cenſorem Goettingenſem, conjicio.

§. III.

In vicem autem horum (5) facile dabit Gottingenſis lima, ſi id, quod alicubi ab initio Diplomatis collocatum erat, paroramate quodam in Sigillo extare, abs re monuit. Contra (6) nullo negotio p. 179. achronologiam P. R. VIRO demonſtrabit, cum Capite XIV., majores eorum, qui hic Seculo VIII. vixiſſe dicuntur, ad Seculum IX. referat. Quod deinde (7) de Ottone Ochſenſteinio, per inadvertentiam in Comitum numerum relato, à Cenſore Gottingenſi objectum, non ſatis eo diluitur, dum autor tabulam Koenigsveldenſem erroneam, ſe ſecutum aſſerit. Melior certe excuſationis ratio inde de-

deduci poterat, si Ochsensteinios Dynastas, promiscue & Duces, & Comites, ex Systemate suo dici potuisse, regessisset. Sed tum Exempla afferenda erant, quibus Systema Herrgottianum caret, vel ex unica Dynastarum Ochsensteiniorum Historia & titulis, satis confutandum. Erant enim hi inter praecipuos Germaniae Dominos, Regibus Ducibusve sanguine juncti, solo tamen Dominorum titulo contenti, quem forte aliis non commutassent. (8) Ad p. 225. ex loco, ad quem provocat VIR Pl. R., facile cuilibet patebit, eum, titulum Archi Ducis, in Rodolfi monimentis, non nisi 1359. occurrere, credidisse, qua in re, quam falsus fuerit, vel centuriae Diplomatum, apud STEYRER. in Vita Alberti II. à p. 276. usque ad 552. indicant. Ad diem enim vsque novissimum vitae suae, Rudolphus hoc elogium non deposuit. Nescio vero, qui hic dici velit, auctorem, non, nisi à se editis, monimentis vti, cum vel omnibus iis, quae Pfeffingerus collegit, ubilibet fruatur, & alios auctores undecunque conducat. Nunquam etiam noster (9) Censoris Gottingensis virgulam effugiet, quando p. 257. dicta eo defendere conatur, quod nonnulli Zaeringenses Duces, Recto-

rum

rum Burgundiae titulo fuerint insignes. Inde enim nondum sequitur, ideo ex haereditate Zaeringensi, Landgraviatum Burgundiae, Kyburgiis accrevisse. Rectorum Burgundiae titulo sane vtebantur Zaeringii, & caussam huius rei invenies in OTTONE FRISING. Lib. II. cap. 29. Rector vero non est Landgravius sed Dux aut Ducis vicem tenens. Noverat haec Censor, & ideo titulos Kyburgenses, Landgraviatum Burgundiae signantes, pluribus rationibus additis, aliunde acciverat. Poterat vero censura sua supersedere, si ex Systemate Herrgottiano ad animum revocasset, Rectoris, Ducis, Landgravii Elogia, Dynastis simplicibus promiscue fuisse usurpata. Quae doctrina haud dubie nova censenda. Malim vero ego nostrum copiis niti, quam vt stylo eius vtar, *illotis manibus ad sacra antiqui Publici Juris,* in posterum *accedere.* Est aliquid Historicum agere, est aliquid agere cum laude. Vtrumque egit Herrgottus, Vir Eruditus, laude debita non fraudandus. Sed ea simul docere, quae nunquam didiceris, in nullo labi, omnes reliquos contemnere, solum sapere velle, hoc vero trahit aliquid ab iniquo, nec hominibus ingenuis ferendum est. Haec

ego

ego aliquanto latius peroravi, operis pulcherrimi in gratiam, quod Auſtriae, honoris Auſtriaci ſtudioſiſſimus, quod Germaniae, Germanus, gratulor. Cenſoris vero Gottingenſis cauſam ideo ago, vt videat VIR SVI NOMINIS, quid exſpectandum ſit ei, qui alios immeritos non verbis, ſed aculeis pungit, & hacce in factum temperata retorſione, quaſi ſpecimine tenui doceatur, longe plura dici potuiſſe à me, ſi id quidem agerem. Vti vero hic acrem paululum expertus eſt, ita ad omnia officia, alias ſentiet paratiſſimum.

§. IV.

Tandem ex diverticulo redeundum in viam, & explicandum erit, quo ego Hiſtoriae Auſtriacae prodeſſe voluerim. Agit id Tomus IV. & in eodem negotio occupabitur, ſub praelo ſudans V. Continet autem hic quem ſiſto:

I. ANONYMVM HELVETIVM, DE ORIGINE ET HISTORIA DVCVM AVSTRIAE, HABSBVRGI COMITVM, vſque ad pugnam Sempacenſem. Deprehendi libellum huncce apud amicum, cuius Exemplo, eum cIↄ Iↄc xv. Koenigsveldae deſcriptum eſſe, priorum poſſeſſorum ali-

quis

quis addiderat. Continet vero plura, quae apud TSCHVDIVM & alios non deprehendas. Autor Seculo XVI. ad finem decurrente floruit, & Protestantium sacris, quod omnia indicant, fuit addictus. Odio in domum Austriacam, & partium studiis saepissime labitur. Nihilominus ostendat notatu digna facta quamplurima inprimis vero, vt hoc vnicum tantum memorem, p. 56. titulum Ducis Sueviae, iam Austriae in vsu fuisse A. O. R. cIↃ ccc xv. Egit de eo Auctor Recensus, Herrgottiani Operis, Goettingensis p. 79. sq. & ita mentem suam explicavit, vt cum STEYRERO in Alberto II. p. 305. sqq. cui adde p. 149. sqq. ipsi satis belle conveniat, quorum vltimus, simul alios Scriptores refellit, & plura monimenta conducit. Mansit vero Suevia penes Duces Austriae, & licet vetus Sueviae Ducatus non resuscitaretur, tamen Principis Sueviae titulos & Maximilianus I. gessit, licet iis non semper ac vbique uteretur. In quo certe Auctor Recensus Gottingensis, humani quid passus videtur, SCHILTERVM non satis caute secutus. Succedit

§. V.

II. ALBERTI III. & LEOPOLDI III.

FRATRVM DVCVM AVSTRIAE CHARTVLARIVM, VARII GENERIS MONIMENTA ann. cIↄ ccc LXXIX. & cIↄ ccc LXXX. EXARATA COMPLEXVM. Theſaurum hic habes rerum Auſtriacarum, cuius origo penes me eſt. Praefixum erat hocce Chartularium cuidam Speculi Suevici exemplo, vnde detractum, ego quondam redemi. Videtur autem ipſe Chartularii Collector hoc Speculo in Auſtria vſus, cum ſcriptura ſint Seculi XIV. & Codex in Auſtria deſcriptus. Quicquid hujus contigerit, eruditi orbis intereſſe putavi, egregia, quae eo continentur monimenta, legere, quorum aliqua ante me edita eſſe, equidem ſcio, ſed aliquid omiſſum nolui. Statim p. 163. aliquid obvenit de Jure Albergariae, p. 166. nonnulla invenis de pignore Germanico, vſumfructum rei ſimul ferente, p. 174. pignus Germanicum, ſine permiſſione Domini alteri cedi non potuiſſe, diſſeritur. p. 186. ſq. poteſtas ingens & plane illimitata Ducum Auſtriae in Judaeos deprehenditur, quae ipſis à Carolo IV. apud STEYRER in Alberto II. p. 148, erat confirmata; quam etiam poteſtatem, in alio monimento p. 200. ſe exſerere vides. Feudum in dotem

tem datum, & ab ipſa femina receptum habes p. 202. Conſenſum feudalem in filiae Morgengabam p. 206. legis. Vnde ſimul notas, Auſtriae, dotem Morgengabae nomine fuiſſe affectam, quod genus exempla plurima in STEYRERO & alibi legere licet. Verba *Land- und Lehen-Recht*, quae illic habentur, ego de Jure Speculi Suevici explicavi, & me in praefamine, hac de re amplius acturum eſſe, ſimul monui. Nimirum, ex iis, quae Ill. MOSERVS ante annos ſcripſit, nemo dubitabit, quin Auſtria Jus Suevicum coluerit, cum tot ejus exempla illic inveniantur, & conſuetudines magnam partem, Suevici quid ſapiant. Mihi ipſi obvenit Codex, Seculo XIV. conſcriptus, ex divite *Zachariae Conradi ab* VFFENBACH, heu quondam noſtri! penu, cui Auſtria ortum dedit, quemque poſtmodum conſervavit Francovadum. Illic primo loco poſitum eſt Jus Feudale Suevicum, vſque ad caput CLXXIX. Sequitur cap. CLXXX. tanquam eius pars, *die Satzung des Lannt Friedens von dem Römiſchen Künig Rudolfen zu Würtzpurg in dem Concilio aufgeſagt.* Cap. 181. incipit, & uſque ad caput 476. porrigitur Jus Provinciale Suevicum; cap. 477. habetur

Jus Viennae vſitatum *das Stadt-Recht zu Wien*, quo ſimul Jus Auſtriae univerſae continetur, quod vſque ad caput 916. & finem libri, variis Diplomatis inſertis, procedit. Hic omnia ſibi connexa implicataque vides, adeo vt idem haud dubie fuerit, ſive Jus Suevicum adduceretur, ſive Jus Viennenſe aut Auſtriacum, in quibus ſibi non contradicerent. Sed iam in cenſu meo progredior. p. 207. caſtellano vel caſtrenſi Frauendorffero, in eo gratiam factam recenſens, dum feudum rectum in caſtrenſe vel caſtellaniae, ſervato annuo cenſu mutabatur. p. 211. amplius exponitur natura pignoris Germanici, vbi nos in nota aliquid annotavimus. Praecipua differentia inter pignus Germanicum & Romanum in eo conſiſtebat, vt (1) Germanus ſimul frueretur, quod Romano permiſſum non erat, (2) in alium ſuum Jus, ſine Domini aſſenſu, non transferret. De caetero, nihil adeo magni intercedebat diſcriminis. Cum receptione autem Juris Romani, de Jure vtendi fruendi creditoris dubitari coepit, cujus rei primum veſtigium invenio apud TSCHVDIVM *Schweitzer* Chron. Tom. I. p. 633. Longe ergo abſunt à janua ii, qui pignus Germanicum, Domini-

um,

um, ad pactum de retro vendendo adſtri-ctum, involviſſe crediderunt. Non nego, interdum haſce voces confuſas, at de regula hoc non factum, ſed ad exceptionem pertinebat. Exponam naturam pignoris Germanici ex tabulis, quas poſſideo, manuſcriptis, olim latius, curatius. Illuſtrabuntur autem hic à me dicta iis, quae p. 212. ſq. & 217. praebet, p. 218. de equis & armis, Vaſallis à Dominis olim datis egregia extant, quae in nota ſubiecta declaravimus. p. 223. mentio eſt Capellani Ducalis, & privilegiorum id genus Capellanis conceſſorum, quae praecipue in eo ponebantur, vt reliquis in ſedendo praeferrentur, ut à reſidentia, quam vocant, eſſent immunes, & ad omnes actus ſolennes, in curia Ducali, vbi Clerus aſſiſteret, vocarentur. p. 224. Illuſtre monumentum *eines Angevelle Lebens* habetur, de quo nota ſubjecta pluribus diſſerit. p. 225. adducitur verbum *inczicht*, ubi nota, pluribus id genus vocibus explicandis prodeſt. p. 227. de Jure Domini territorii, extinguendi nomina Judaica, ſermo habetur. p. 228. feminas, in feudalibus haeredes dici, diſſeritur. Conſenſum feudalem in dotalitium p. 232. deprehendis. p. 236. legis, Rudolfi IV. quan-

 dam

dam fuiſſe Conſtitutionem, qua omnia Clericorum bona immobilia cenſus quoque annuos, reluibilia declaraverit. p. 237. bellum inter Archi Epiſcopum Salisburgenſem, & Nobiles quosdam, laudo finitur. p. 239. Heimburgo Jus emporii Duces largiuntur, ſed ad certum tantum tempus. p. 241. de dotalitio in feudo & quanto uſurarum, nonnulla deprehendes. p. 242. Inſignia alicui in feudum data leges, & me notatore, plura, de rebus in feudum dandis capies. p. 244. de voce *Leitkouf* (eo enim modo exprimi debebat) ſ. laudemio aliquid percipies. p. 246. varia Judaeorum in Auſtria privilegia trutinabis. p. 250. iterum de conſtitutione Rudolfina, annuorum redituum cauſa comparata, ſermo ſeritur. p. 255. Duces, eo iam tempore, Jus circa commercia exercuiſſe doceris. p. 260. me, de conſenſu propinquorum, ea quae non de nihilo ſint, dixiſſe credo. p. 267. de obſtagio diſſeritur. Praeclare autem ad mores Auſtriae de eo egit, PerIlluſtris Baro HOHENECK *in dem Vorbericht* Part. II. §. 1. libri ſupra laudati, pluries laudandi. Quae p. 269. ſiſtit, noſtras de feudo oblato à dato non differente cogitationes, magis adhuc confirmant, cum ſtrictiorem,

rem feudi oblati atque dati obligationem, exhibeant. p. 273. Comes de Truhendingen, vt obſtagium praeſtet, monetur. p. 278. preces primariae Beatricis, filio primogenito beatae comparent, multum lucis his rebus affuſurae. p. 286. de marito, vxoris annis minoris in feudalibus curatore differitur, qui deinde uxore maiore facta, denuo recipere debeat. p. 288. alicui fortalitii exſtructio in alodio permittitur. p. 292. de Judaeorum onere lectos Dominis commodandi, diſpicitur. p. 294. ſq. & p. 298. multa de obſtagio deprehendis. p. 297. de Judicio Aulico Imperiali, non nihil differitur. p. 301. induciae moratoriae conceduntur, more, Ducibus aliis, eo aevo non ita conſueto, p. 303. dotalitium eiusque forma, quod per dies vitae continuetur, & liberis ex vtroque prognatis deinde cedat, deſcribitur, ubi ſimul dotem, fideicommiſſo licite onerari, amplius exponitur, quod poſtea ſingulari diſceptatione, *de Gravamine in legitima*, docere ſategimus. p. 309. mercatus hebdomadarii habetur conceſſio, alias eo aevo, multis adhuc in locis, à Regibus impetrata. Et haec ſunt, quae faſciculus hic continet.

## §. VI.

FASCICVLO III. ACTA IMPERII PVBLICA SECVLI XV. accipis. Descriptae haecce Acta ex Codice Bibliothecae cujusdam celeberrimae, manu aliena, qua tum multis negotiis impeditus, vtebar. Codex est Seculi XV. & partim descriptus, partim excerptus exhibetur. Multa non ejus videbantur pretii, vt ea describere quis cuperet, aliqua iam edita, alia ob celeritatem, qua vtendum, enotari non poterant. Boni ergo consule quae damus Acta Publica, quantivis certe pretii. Noverunt Juris Publici cultores, quanta obscuritate laborent res Comitiales Seculi XV. etiam post DATTII, MVLLERIQVE industriam, sed in multis facem praeferent excerpta nostra, auro contra cara. Primo loco illic collocantur varia acta Comitiorum Electoralium, diversorum temporum. Deinde p. 369. sqq. Habetur appellatio 1460. à Legatis Electoralibus, Norimbergae, ad Pontificem, in futuro Concilio praesidentem, melius instruendum interposita, p. 392. sq. de origine & moralitate annatarum plurima exponuntur, & Ditheri Moguntini Archi-Episcopi depositio, eiusque causae illustrantur, p. 400. Praeclarum inve-

inveniturConſilium Theologorum Saxonicorum, quo, quod Duces Saxoniae, Decretis Concilii Baſileenſis adhaerere queant, declarant. p. 405. Sequuntur nonnulla Acta Comitiorum Ratisponenſium, de pace publica & expeditione contra Turcas. p.408. Epiſtolam Aeneae Sylvii, Pontificis electi, ad Fridericum III., inter eius Epiſtolas junctim editas non extantem legis, qua, de electione ſua eum docet. p. 415. ex litteris 1471. ſcriptis refertur, Germanos, non niſi Germanicae gentis Regem Bohemum pati voluiſſe, quia ſimul Electoralis dignitatis ſplendor, ei dignitati adhaereat, unde ad obſervantiam pro *Imperatore Germano*, longe facilior fluit concluſio. Qua de re diſceptant Juris Publici conſulti. p.416. riſum movebit diffidatio Vniuerſitatis Lipſienſis à ſutoribus facta a. 1471. p. 418. Bonifacii IX. Papae in depoſitionem Wenceslai conſenſus, totam rei geſtae ſeriem ample narrans ſequitur, vbi p. 423. leges, Pontificem Wenceslai deſtitutionem ſibi vindicatum iviſſe, nec Electoribus eam concedere voluiſſe p. 426. Damus Epiſtolam Wenceslai, de ſua depoſitione, Vniuerſitati Bononienſi conquerentis, ideo huc relatam, quia in eodem de-

prehendebatur Codice. Quin vero haec omnia notatu ſint digniſſima, nemo ambiget; nec adeo etiam nos deterrere potuit, quod non omnia ſatis curate deſcribi potuerint. Typographicorum tantummodo vitiorum, multitudinem dolemus.

§. VII.

FASCICVL. IV. REFERTVS XX. MONIMENTIS ANECDOTIS AC RARIORIBVS RES AVSTRIACAS VT PLVRIMVM ILLVSTRANTIBVS. Hunc variis ex locis deprompſi, vti monimenta offerebantur. Egi tamen id, quod ſemper agere ſoleo, vt nihil adducam, quod ſubleſtae ſit fidei, aut ſi fidem ipſus adhibere nequeam, & hoc lectorem non celem. p. 433. legis diploma Friderici II. quo Viennae civitatis Imperii Jura confert. Latino ſermone ſi illud adire praeoptes, voti damnabit Te LAZIVS, de rebus Viennenſ. Lib. II. cap. 5. ex quo illud poſt LAMBECII, de ejus exiſtentia aſſertionem excerpſit STEYRER in Alberto II. p. 437. Differt autem latinum exemplum à Germanico, quod vnde acciderit, ego non ſatis ſcio. Mea copia, veteri Codici, quem ſupra recenſebam, & eum Jus ſtatutarium Vien-

ennenſe continere addebam, ſimul erat inſerta, vnde de ejus fide dubitare nequeo. Dixi aliqua in nota de fatis Viennae, quod Imperium non diu abſque medio coluerit, in poteſtatem Friderici Ducis relapſa. Sequitur p. 443. Rudolphi I. Regis Diploma Viennae datum, Fridericiani veſtigia praecipue premens. In vtroque, de ſtudiorum cultu Viennenſi aliqua afferuntur, quae pluribus, differendi anſam praebuerunt. Cum vero magno Principi Rudolpho IV. primo Auſtriae Archiduci, ſua potiſſimum initia debeat hodierna Viennae Vniuerſitas, maximo Apparatu, hac occaſione, de Illuſtri illa ſtudiorum matre, humaniorum litterarum in Germania, potiſſima ab origine promotrice, egit ſaepe laudatus P. STEYRER in Alberto ſuo p. 411. ſqq. Mente quoque tenebis notabilem locum p. 440. 445. extantem, vbi communis rerum mobilium, immobilium, publico notorum, & hominum praeſcriptio anni & diei, Viennae noſtrae confirmatur, & vnumquemlibet, qui quiete per hoc ſpatium in civitate conſederit, qualiscunque demum ſit conditionis, poſtmodum liberum fore declaratur. Nihil vero ſingulare hoc ipſo tribuitur Viennae,

ſed

ſed id, quod civitatibus omnibus, *libertate Imperialis Majeſtatis* gaudentibus, vel ſic competebat, qua de re ego olim diſſeram amplius, ſi Deo id placuerit. p. 448. civibus Viennenſibus conceditur, vt poſſint tam feuda dare quam accipere, nec non omnibus conventibus Nobilitatis intereſſe, & teſtimonium de feudalibus perhibere. Quarum rerum an cives ſint capaces, tum non nihil alebat dubii. p. 451. de Monetariis & eorum domeſticis, *Müntzer* und *Hausgenoſſen*, eorumque jurisdictione privilegiaria egregia proferuntur. Scilicet Monetarii & domeſtici, ſemper ſeparatum, & non niſi ab eo, ad quem moneta in quoque loco ſpectabat dependens conſtituebant Collegium, cujus Praeſes Monetarius, Collegae, ſumtuum conferendorum lucrique in vicem percipiendi cauſa, monetarii. Hi Patriciis quodammodo in civitatibus pares, certum in Senatu plerumque conſtituebant ordinem, & praeter monetam, inſpectionem in pondera menſurasve, notionem etiam criminum, monetam concernentium, exercebant. Variis privilegiis pro locorum differentia beabantur, inter quae tamen Jurisdictionem concernens, commune fere omnibus fuit.

Haec

Haec in aedibus monetae dicatis, à Monetário ejusque aſſeſſoribus, in ſuos, ſine omni limitatione aut reſtrictione explicabatur. Sed plura in praeſens dicere nil attinet. Egimus autem de hac re latiſſime, *in der vollſtändigen Einleitung zu dem teutſchen Müntzweſen mittler Zeiten* ab anno 1725. praelo parata, ſed ſuo tempore revidenda, Part. I. cap. V. §. 2. ſqq. ex monimentis tam editis quam Anecdotis. Viennenſem vero Monetariorum conditionem quod concernit, videndus ABERMANN Supplement. *zu Lazen Wiener Chronick.* L. IV. p. 43. Illuſtris MOSERVS in Bibliotheca MSta p. 119. ſqq. Ex Chronico MSto Tom. V. edendo didicimus, Fridericum III. Monetariorum Viennenſium Jura in multis imminuiſſe, ſub quo etiam pedetentim deſierunt. p. 457. Promittit Rex, ſe omnia privilegia innovaturum, poſtquam Imperator fuerit factus, quae communiter fere adhibetur Clauſula. Cenſebatur enim Imperatoris poteſtas, longe maior atque Regis, imo non confirmata ab Imperatore, ſi vt Rex aliquid dediſſet, haud exiſtimabantur eſſe aequalis ponderis ac valoris. p. 460. adjecimus nonnulla

nulla de fatis privilegii Rudolphini, quae aequi bonique consules pag. 464. Jus quodammodo stapulae, tam in fluminibus quam in terra, Viennae conceditur, vnde maxima Ducum potestas satis elucet. p. 478. confirmantur ea quae alibi diximus, videlicet, privilegia de non evocando, etiam ad criminalia spectasse. Quo in Diplomate simul refertur, semper ad Austriae Ducum conjuges spectasse Ertburg & Scheffstrasz. p. 483. de Vicariatu à Sigismundo in Conradum Moguntinum collato, egregie differitur, & quis huius Vicariatus exitus fuerit, à me describitur. Servat vero Generos. Assessor Camerae DE GVDENVS tabulas, quibus Sigismundus Imperator, Vicariatum in Conradum nostrum confert, vbi Jura Vicariorum enarrata sunt, quas vt publico propediem det, eius nomine rogatum VIRVM PERILLVSTREM, eumque meis studiis faventissimum, volo. p. 486. sqq. Emphyteusis Germanica ad mores Bavaricos, necnon praescriptio anni ac diei explanantur, & plura interiori patrii Juris cognitioni servitura, insperguntur. Debetur hoc & alia quaedam monimenta liberalitati S. R. LIEBKNECHTII Collegae mei Gissensis hono-

honoratiſſimi, cui hic grates perſolvo. p. 496. de Jure Ducum Bavariae & Auſtriae in Sacra, non nihil deprehendis, ex Diplomate inſerto illuſtrandum. p. 498. Explicatur ſucceſſio feminea in feudis Imperii, necnon conditio *eines Lehenträgers* ſive *Mompars*, nomine vxoris ſuae. p. 500. Obſervabis clauſulam auro contra caram, civitatis patriae Francovadi immortali decori ſervituram, confirmantem nimirum morem illum, quod Rege abſente, Vaſalli Imperii trans Rhenum, feuda à Sculteto Francofurtenſi recipere potuerint, de quo alias dictum eſt. Colliges etiam ex dictis, adhuc anno 1456. veterem Germaniae morem *des Lehens-ſchickens*, & Juris illius, quo quis in perſona, quod ajunt, recipere tenebatur, nécdum deſiiſſe. p. 508. ampliſſimi Juris non evocandi privilegii Specimen tueris, eo magis notandum, quo magis omnia ferme, in *tractatu de Jure non evocandi* à nobis propoſita, confirmat. p. 511. de regalibus minoribus quaedam inſpergo, non parvum praeſtitura vſum. p. 516. elegantiſſimam Juris Germanici imbibes laciniam, criminalia non potuiſſe, niſi coram Dicaſterio Provinciali olim judicari, quod in *Juris Germanici*

*Colle-*

*Collegiis* jam amplius demonſtravimus. Eo collineat TACITVS Germ. c. 12., id dicunt CAPITVLARIA Regum Francorum, inde etiam, quia Comites his judiciis praeſidebant, in terris Brunsuicenſibus, Jurisdictio Criminalis antiquo verbo dicitur *Grafſchaft*, vti *Diſſertatio noſtra* de feudis Brunsuicenſibus §. 45. expoſuit. p. 522. de Ordinatione Criminali diſſero, & ejus procedendi ordinem, non nullis verbis explico. p. 525. actus Inveſtiturae Moguntini 1486. ſub dio celebratus exhibetur, quem ſi attente legeris, videbis, quam longe noſtra Inveſtitura, ab antiqua illa diſtet. Hodiernae autem inveſtiendi rationis, Ferdinandus I, auctor habetur. Vide *Diſſert. ſupra citat.* §. XXV. p. 529. Antiquior citationis ad Electionem Imperatoris formula exhibetur, cum ipſo inſinuandi actu. p. 533. Primariae preces Maximiliani I. de anno 1493. ſe tibi offerunt. Prudentiſſimus nimirum hic Romanorum Rex, non à corona Imperiali, ſed regno Germaniae pendere credebat primarias preces qua in re Carolum & Wenceslaum anteceſſores ſuos, quorum litterae apud FREHERVM in Notis ad P. de Andlo p. 276. ſq. extant, ſecu-

fecutus eſt. Poterant vero olim hae preces, denuo à Rege qua Imperatore exerceri, id quod alias probabo. p. 537. ſqq. occurrens Diploma Nobilitatem largiens, in quo nomen certis ex cauſis omittitur, ab hodierna forma aliquatenus abit; ita tamen, vt ea, quae eſſentiam conſtituunt, cuncta, & plura adhuc pandat. p. 543. de clauſula conſueta *quatuor avorum* nonnulla inſperſi, de obſervantia differens, Jura Imperatoris intacta relinquens. p. 545. de Heraldis aliqua affero. p. 547. Camerae Imperialis judicium, ſine Caeſaris & Statuum juſſu, de loco in locum transferri non poſſe, adſtruitur. p. 545. crimen laeſae Majeſtatis ex Jure Romano, Divali Maximiliani I. voce explicatur, ubi ſimul Romanos illos αὐτοκράτορας *unſere Vorfahren* am Reich dici, annotabis. p. 553. ſq. forte non ingrata apparebunt ea, quae de antiqua procedendi ratione in criminalibus, & egregio conſuetudinis requiſito rationabilitate, quam vocant, expoſuimus.

## §. VIII.

FASC. V. ANONYMI CARMEN DE OBSIDIONE ET EXPVGNATIONE

ARCIS HOHENKRAEN de anno cIↃ IↃ XII., quo etiam impreſſum eſt, tibi reſtituo. Hujus deſtructio optimo Principi Maximiliano adſcribenda, eorum, qui rapinas exercebant, acerrimo Vindici. Maximum vero opus cenſebatur haec obſidio ac deſtructio, vti vel ex FVGGERO ſive BIRCKENIO, *Ehrenſpiegel des Hauſes Oeſterreich* p. 1289. ſq. BASELIO in Continuat. Naucleri mihi p. 1011. CRVSIO in Annal. Suev. Tom. II. p. 650. & plurimis fide dignis conſtat. Auctor noſter, quiſquis demum fuerit, rem ſatis curate peroravit.

§. IX.

FASC. VI. CARMEN DE SEDITIONE COLONIENSI cIↃ IↃ XIII. itidem ANONYMI, eodem anno typis mandatum, exhibetur. Ingens facinus, quod tum plebs Colonienſis, in Senatum commiſit, eo magis acerrima dignum cenſura, quo magis alios, ad idem patrandum, invitare quiviſſet. Rei ſeriem nemo hoc modo narravit. Fuit vero auctor civibus ſeditioſis addictus, vnde non mirum, ſi ridicula figmenta ferat. Veriora dabit

BA-

BASELIVS l. c. fol. 1013. TRITHEM. Chron. Hirſaug. ad an. 1513. vterque Synchronos. SVRIVS in Contin. Naucleri p. 553. Aliique, quos jam adducere nil attinet.

## §. X.

FASC. VII. tractas FRANCISCI DE SICKINGEN EPISTOLAM, QVA JVS SVVM ADVERSVS WORMACENSES DEDVCERE CONATVR ANNI clↄ lↄ xv. Notius eſt magnum Franciſci de Sickingen nomen, quam vt de herois hujus vita, quam ipſe ſua manu deſcriptam reliquiſſe dicitur, aliquid diſſerendum ſit. Nota quoque ſatis Illuſtriſſima Sickingiorum propago, tot Martis, tot togae decoribus celeberrima. Haec vero Epiſtola, & ipſa jam olim impreſſa fuit, lectu tamen digniſſima, & ſtatum eorum depingens. Mihi praecipue placuit, haberi hic mentionem p. 600. *des Reichs-Hofraths* in cauſis privatorum hoc aevo judicantis. Sunt ſane multi, qui tunc nullam, niſi in cauſis Statuum Juriſdictionem, Auguſtiſſimo huic *Judicio Caeſaro aulico* adſcribunt, moti inprimis iis, quae etiam B. STRVVIVS Corp.

 Hiſt.

Hiſt. Germ. p. 963. monuit. Ego vero, cum ſciam, quam haec praeter rem aſſerantur, vel Centurias Exemplorum, contrarium, & per Judicium Camerale Senatum Aulicum non ſublatum eſſe, & demum 1559. revixiſſe probantium collegii, quibus in *Opere* ſaepe promiſſo, *de Auguſtiſſimo Judicio Imperii Aulico* veritati litabo. Eo vſque vero ſubſiſtere licebit vel in iis, quae AVCTOR *der nothvvendigen Erinnerung auf die Donauvvörthiſche Information* p. 192. ſqq. & p. 254. ſqq. jam olim conduxit. Scio, non admodum noſtro aevo S. Caeſar. Maj. intereſſe, quid huic vel illi Doctori, de hac re videatur. Cum tamen certum genus hominum ſit, vel hoc ipſo Imperatoriae Majeſtati ſe aliquid inurere poſſe cenſentium, veritas vindicanda eſt. Invenies quoque multa paſſim in hocce libello de banno Caeſareo, Commiſſariis Caeſareis, aliisque, ad conſervatam Jurisdictionem Aulicam ſpectantibus.

§. XI.

FASCICVLVS VIII. RICHARDI BARTHOLINI DE CONVENTV AVGVSTANO NARRATIONE, CONSCRIPTA, abſolvitur. Et haec olim typorum beneficium ſenſerat, ſecunda tamen

edi-

editione digniſſima, eum res maximi momenti contineat. Addi potuiſſent VLRICI DE HVTTEN Epiſtolae plurimae, negotia Comitialia ejus anni illuſtrantes, ſubjici quiviſſent alia ad rem facientia, & Receſſui Imperii 1518. in vulgato Corpore extanti, qui ſane breviſſimus eſt, lucem accendentia. Verum enim vero, rationem habuimus tum molis hujus Tomi, tum brevitatis temporis, tum commodi lectoris, ne bis forte idem in diverſis libellis legeret. Poterunt tamen à me, haec Comitia, olim latius deſcribi. Fidem vero, jam cIↃ IↃ cc xxxiv. in praefamine Tomi I. Selectorum p. 58. de reſtituendo hocce tractatu datam, hic libero. Nec me deterruit, recens curata VIRI ERVDITI Editio, qui noſtram praevenire voluit, & hanc opellam, inter Theologica pleraque edidit. Magis videbatur aptus hic locus, ad haec cum jam folium impreſſum eſſet, VIRI Collectione ad me delata, nihil mutari potuit. Invenies vero hic, quae alibi fruſtra quaeras. p. 640. ſq. modus deliberandi in Comitiis, tam plene congregatis, quam per Deputatos coëuntibus depingitur. p. 642. taxantur creberrima Germanorum de Jure proëdrias litigia. p. 645. controverſia de vo-

tis exquirendis, Juris publici cultori notatu dignisſima videbitur. p. 646. de controverſiis Theologicis graviter diſceptatur, & Lutheri initia, aliquibus verbis referuntur. p. 653. Germanorum Principum morem ferre refertur, *vt prius intra thalamum Jus maritale perficiant, quam ſacris interſint nuptialibus.* Qui mos ejusque origo, ulteriorem diſquiſitionem gignere poſſent, niſi nobis celeritate eſſet vtendum. p. 655. Germanorum bibacitatem noſter ridet, & ſplendidorum conviviorum pompam inſectatur. p. 659. de querelis Leodienſium adverſus Curiam Romanam lectu digna afferuntur. p. 662. Inveſtitura Palatina occurrit, quae ſatis ample deſcripta non eſt, attamen per executionem, in conclavi celebrata videtur. p. 668. Expeditionis in Turcam difficultates ob oculos ponuntur, & Gravamina adverſus Pontificem ejusque Miniſtros coacervantur. p. 675. de cauſa Ducis Würtembergici invenies aliqua, quae nullibi legere licet.

§. XII.

FASCIC. IX. ANONYMI HEYLBRONNENSIS, HISTORIAM BELLI RVSTICANI cIↄ Iↄ xxv. reliquis addit. Habuimus ejus Exemplum ex Archiviis civitatis. Quod vero ſciamus, hactenus edita non eſt. Sunt quidem multa

multa huic gemina ſcripta, ſed noſtrum tamen in multis inſtruet, ubi alios mancos deprehendas.

§. XIII.

Et haec quidem dare permiſit, ſpatium cui incluſi eramus. Quod vero omnibus abſentibus ſolemne eſt, ut vitia typographica, quorum plerumque magnus ſolet eſſe numerus deprecentur, id mihi quoque haud ſecus uſu venit. Verbo dicam, me nec celeritatem qua proceſſerunt typothetae, nec in corrigendo negligentiam, nec omiſſionis aut commiſſionis vitia probare, id tamen velle, ut mihi non tribuantur. *Indicem* non vidi; ſpero tamen, ita fore comparatum, ut res maximi ponderis, quibus hic Tomus refertus eſt, non dedeceat. Curavit eum frater amantiſſimus *Johannes Eraſmus* SENCKENBERG Jurium προλύτης, in cujus induſtria me acquieſcere poſſe opinabar. Conſtitutum erat mihi, CHRONICON AVSTRIACVM maximi momenti, ab anno cIↄ cccc LIV. uſque ad annum cIↄ cccc LXVII. decurrens, & ab ejusdem aevi homine conſcriptum, cum notis meis, reliquis adjicere, & alia quaedam Auſtriaca ſubnectere, ſed dum in eo ſum, nunciatur, tantum iam eſſe materiei, ut Tomo V. hocceChronicon, ultra ſesqui Alphabetum quod vocant, praecipue complens, ſervandum ſit. Habebis ergo illud proxime in Tomo V. qui jam typothetis traditus, & pro parte impreſſus eſt. Multa autem alia AVSTRIACA apud nos latent, cum Deo & die lucem adſpectura. Computo hic inprimis *Roberti* MACQVEREAV Hiſtoire de Bourgogne ab

anno

anno 1500. usque ad annum 1527. deductam, qui auctor à nuptiis Philippi Archiducis Hispanicis Historiam suam orditur, & plurima sistit, mihi antea ignorata. Elegantissimus est Codex meus, eo aevo, quo auctor vixit, scriptus, à B. VFFENBACHIO in Belgio emtus, & origini fere comparandus. Servo praeterea varia *Maximiliani I.* Optimi Principis acta, & Historiam nuptiarum Burgundicarum ab omnibus reliquis abeuntem, cujus censum hic non peragam. Non invidebo haec iis, quibus forte de Austriaca Historia agendi occasio est, praesertim cum majuscula, mea non cupiant Selecta. De caetero, si qua in hoc Praefamine minus recte dicta aliqui existiment, summa festinatione mihi fuisse utendum, quaeso secum recogitent, cum in colligendis vasis, GISSAM nimirum à SERENISSIMO HASSIAE PRINCIPE vocatus, accepta conditione, à CLEMENTISSIMO REGE honestissime missus, jam unice occuper. Expectabis ab hoc calamo quieti reddito, plura ac meliora, quam ab homine occupatissimo, in praesens sperare integrum relinquitur. Ita salve, & commodis TVIS unice studenti, favere perge! Dab. *Gottingae* d. IV. Septembris A. O. R.

cIɔ Iɔ cc xxxviii.

FASCI-

# FASCICULUS I.

DE

ORIGINE ET HISTORIA

# ARCHI-DVCVM AVSTRIAE

HABSBVRGI COMITVM

VSQVE AD

PVGNAM SEMPACENSEM

AVTORE

ANONYMO HELVETIO.

 Von

Bayerische Staatsbibliothek München



# Von den edeln Grafen von Habspurg Hertzogen ze Oesterreich und Schwaben und der Stifftung des Furstlichen Klosters Königsfelden im Ergavv auch etvvas von der Sempacher Schlacht in vvelcher Hertzog Lupold von Oesterreich durch die Eyd-Genossen erschlagen, und zu Königsfelden begraben ist.

## *Erstes Buch.*

### CAP. I.

*Von dem edlen alten Stammen der Graffen von Habsburg.*

Dieweill die alten Edlen Grafen von Habsburg an beyde Hertzogthum Oesterreich und Schwaben kommen sind, will ich ytzund auch etwas kurtz von ihrem Herkommen erzehlen. Die einfeltige vnd gemeine Sag der Histori

vnd Chronickſchreiber iſt, daſs die alten Herrn von Habsburg ein *alt Römiſch Geſchlecht* ſey, in den Aufruhren vnd Kriegs-Empörungen, möcht damahlen vielleicht geſchehen ſeyn, als Rom von Gothen vnd Wenden zerriſsen ward in dem Jahr 413. vnd 458. von Rom abgetretten, hieraus in die alte Stadt *Windiſch* kommen ſey, aber die Geſchichtſchreiber ſo etwas näher unſeren Jahren vnd Zeiten ſind, pflegen gern von Rom herauszuführen was ſie groſs machen, vnd doch eigentlich ihren Urſprung vnd Anfang nit wiſsen, vnd iſt weder in dem Schweitzer- noch teutſchen Lande, wenig guts vnd nutzes von Rom kommen; (*a*) Daſs zwar der Wahrheit nicht unähnlich möchte geachtet werden, wann mans davor hält, daſs das Habsburger Geſchlecht noch von der alten Stadt *Windiſch* her überblie-

(*a*) Notum eſt, omnes Germaniæ Duces, Principes, Comites, olim a Romanis derivatos, id quod Auguſtisſimæ genti Auſtriacæ neceſſario accidere debuit. Sed noſtro ævo, refutatis contrariis ſententiis S. R. P. *Marquardus* HERRGOTT in Genealogia Habsburgica effecit, vt luce non amplius indigeamus, & originem in Suevia Alſatiaque recte quæri ſciamus. Editum opus lectu dignisſimum Viennæ cIↃ IↃcc xxxvii. fol. regali.

blieben were. Dann ſie vor zeiten in hoher ehrlicher achtung geweſen, vnd ihren ſitz da, vnd ihr Weſen von alten zeiten her gehabt. das gibt etwas anzeigung der Mönch *Eberhard* zu S. Gallen, welcher gelebt hat vm das Jahr Chriſti 1036. in dem gemelten Buch gedencket Er eines von Windiſch der auch ein Biſchoff ſey geweſen, vnd *Landolus* genennet worden, vnd ſchreibt unter andern das dieſem Windiſch mit vielen andern gütern erb vnd eygen was, vnd alſo gedachter Biſchoff im Jahr des Herrn 883. aus Italien, auch S. Gallen verwandt war, vnd bis gehn Roſchach kommen, ſey Er geſtorben, vnd ins Cloſter S. Gallen begraben worden. Es ſind auch noch mehr Grafen von Habsburg mit dieſes Biſchofs Landoli Nahmen benennet geweſen, davon in Abſtammung kommen Landolinus vnd Lantzolinus, etliche leſen Suntzolinus auch Contzelinus vnd Cuntzlyn.

## CAP. II.

*Von der alten Statt Windisch an der Reuß vnd Arren im Ergaw gelegen und was da zu allen zeiten beschehen.*

UNd hierauf muſs ich auch etwas von der uhralten Statt *Windiſch* in einem Fürgang ſagen. Man weiſs mehrentheils von Julio Cæſare, daſs die alt Helvetia (ſo ytzund Eydgenoſſenſchafft vnd Schweitzerland genennet wird) vor zeiten in vier Pagos, oder Göw vnd Land abgetheilt worden, nehmlich in *pagum Tigurinum* das iſt das Turgâu oder Zurchgau, in *pagum Vrbigenum* das iſt das Aergäu, in *pagum Aventicum* das dann iſt Vchtland von *Aventico Vchten* die Hauptſtadt alſo genandt, und in *pagum Atuaticum* das iſt die Watt. vnd daſs dieſer Lande Völcker alle ihre Stâtt verbranten deren 12. waren vnd 400. dörfer. Demnach im Jahr nach der Geburth Chriſti 57. von der Erbauung der Statt 695. ihr Vatterland verlieſſen, vnd in die innern Gallien rayſsen wolten, ein ander vnd beſſer Land einzunehmen, vnd wie ſie im Lande der *Heduer*, welches ytzt Burgund genennet wird, an dem Waſſer Arren das ſonſt Sono heiſt, vnd die Heduer vnd Sequaner, ſind zum

theil

theil die *Sundgauer* von einander geſchieden, von Julio dem Römiſchen Veldtherrn erſchlagen vnd mit groſsem Streit überwunden, vnd die überbliebenen gezwungen, wiederum hinter ſich heimzuziehen, ihre Stätt wiederum zu bauen vnd zu bewahren, damit die Germanier nit herüber niſteten vnd hauſſeten. Da iſt wohl zu erſehen, daſs Vindoniſſa Windiſch, die geachtet wird die Hauptſtatt des Aergaws geweſen ſeye, dazumals wie *Zürch* vnd *Goviodurum*, *Solothurn*, *Lutzern* vnd andere alte Stâtt wieder aufgebauet wurden. Es gibt die rhumliche Gelegenheit zwiſchen beyden Waſsern Reuſs vnd Arren desgleichen die Schöne des Landes vnd Veſte des Orthes. der Zirck und Ziel des Aergaus werden folgender maſsen geſetzt vnd ausgeſcheiden.

Aus dem Land vnd Walden vor Lucern herab der Reuſs nach vor Bremgarten vnd bis gehn Windiſch, doch daſs auch *Oberbaden* die alte Caſtellen hierzu gerechnet werden, vnd was dann noch von Windiſch hinauf an der Arren liegt, zwiſchen dem Bötzberg vnd Hauenſtein vnd Alpengebirge, und nemblich beyderſeits bis hinauf zwiſchen jetztgenant Wittels-

telſpach vnd Solothurn, von dannen hin allein was an der rechten ſeiten der Arren liegt, vor Burgtorff hinauff bis gehn Manſingen, dieſes alles begreifft das Argau vnd hat vorzeiten gehört, als man ſchreibt vnter das Biſthum Windiſch, welches hernach als Windiſch gar zerſtört *Ridilbert* im 13ten Jahr ſeiner Oſtfränckiſchen vnd Alemanniſchen, desgleichen im erſten Jahr ſeiner Burgundiſchen Regierung, ſeines Vatters Bruder König *Guntramen* das Alemanniſche verwendet vnd verſetzt hatte im Jahr Chriſti 597.

Von dannen ſind die zwey alten vnd volckreichſten Gau oder Landtſchafften, das Turgâu, vnd von alters her von dem Bodenſee vnd rhein bis an die Reuſs gangen iſt, vnd das gantze Ergeu, ausgenommen deſſen Buchsgau Conſtantzer Biſtums worden, doch war anfangs das Ergeu nicht gebunden, dem geiſtlichen Gerichtszwang gen Conſtanz nachzufolgen, ſondern der Biſchoff oder ſein Anwalt, *muſten zu zeiten gehn Windiſch kommen, vnd da um geiſtliche Händel richten*, (*b*) das laſſen wir nun alles in ſeinem Werth ſtehen.

Daſs

(*b*) *Stumpf* Schw. Chr. L. IV. c. 20. L. V. c. 22. L. VII. c. 11. Cæterum de Evocationibus alio

Daſs aber Windiſch nachdem Kayſer Julius die Helvetier wieder in ihr Land zu ziehen vnd es zu bauen gezwungen, wie zeitlich ſie daſſelbe wiederum aufgebauet, vnd wie fürnehm ſie in Helvetia vnd Ergeu worden, mag aus dem 20ten Buch Cornelii Taciti aus dem erlernet werden, was ich hernach auf das kürtzeſte verzeichnet, aus dem 17ten Buch gemeldten Taciti.

Als der Kayſer Sergius Galba regieret hat, haben ſich die Helvetier Ihm angehenckt, wieder Kayſer Ottonem Salvium vnd auch Aulum Vitellium dann damals drey Kayſer miteinander aufgeworffen vnd ſtreng wiedereinander waren. Galba gab ſold den Helvetiern, vnd kürtzlich davor, ehe er zu Rom erſtochen worden, ſchickt er ihnen von Rom heraus gehn baaden einen Sold. Tacitus nennt Baaden ein Caſtell, dann das Schloſs fürnehmer als die Stadt, die ſonſt nicht groſs war, vnd am 15ten tag Jeimer, nachdem Galba das Geld herausgeſandt wurd Er erſtochen, davon die Helvetier noch nichts wuſten, als aber gerad zur ſelben zeit die 19. Legiones

A 5 durch

loco diximus, & certum omnino eſt, nec in Eccleſiaſticis nec Politicis, olim Evocationes valuiſſe.

durch Helvetiam in Italiam zogen dem Vitellio zu, und vernahmen das Geld von Galba den Helvetiern gehn Baden gelegt war, nahmen ſie das Geldt mit Gewalt, und zogen davon.

Die Helvetier aber waren erzürnet des Raubs wegen, ergriffen nach dem Abzug einen Römiſchen Hauptmann darzu etliche Knecht von den 19. Legionibus, vnd legten ſie gefangen gehn Baaden, zudem hatten die Vitellianiſchen ein pacquet Briefe geordnet, vnd in der Eyl nach Oeſterreich vnd Hungarn geſchickt, das fiengen aber die Helvetier auf und ſchlugens vnder.

Vnd in dieſen dingen zog auch vnden herauf Aulus Licinius *Cecina*, Vitellii oberſter Feldherr, mit 30000. wohlgerüſter Knechten, darunter die 21. Legion der rechte Kern war.

Gedachter Cecina vernahm, wie die Helvetier dem Kayſer Vitellio ſeine Brieff hätten vndergeſchlagen, vnd darzu einen Römiſchen Haubtmann ſamt etlichen Knechten gehn Baden gefangen gelegt, deſshalben Er im Zorn vnd groſſen Grimm vor Baaden zoge, gewann viel Stätt vnd Schlöſſer, dieſelbe Er auch in Grund zerriſſe vnd ſchliffe.

Die-

Dieweil ſich aber die Helvetier in die Gegenwehr rüſteten, vnd zu ihrem Haubtmann erwehlet hatten einen berühmten tapfern Mann Claudium Severum, unangeſehen daſs man aus gantz Helvetia zu Windiſch ſich verſamlet, eylet mit ſeinem Volck. Cecina entbot den Kriegsleuten in Churwalhen, die auch Vitellianiſch waren, daſs ſie in der Eyl auf ſeyn, vnd hinderwerts in die Helvetier fallen ſolten, die er vorwärts anzugreiffen gedachte, zog hiermit nach Windiſch zu. Die Helvetier aber dorfften der Stadt nicht trauen, dieweil ihre Stattmauren alt vnd zerfallen waren, zogen derohalben aus in das Feld, da ſie erſt vernahmen, daſs Galba zu Rom erſtochen ware, vnd kame ſie eine Forcht an, vnd als ſie ſonſt auch nit wohl geordnet waren, fiel Cecina wohlgeordnet mit aller Macht in ſie, daſs ſie nicht lang beſtunden, ſondern ſich in eine greuliche Flucht begaben, mochten aber nit wohl entrinnen, dieweil ſie umgeben waren mitten unter den Feinden, was aber entrinnen mocht nahm die Flucht in *Vocetium* das iſt in *Bötzberg*, dieſelben aber ereylten noch die Thraciſchen Reyſigen vnd trieben Sie wieder herab, denen lieſen die

Rhæ-

Rhætier vnd Germanier, deren auch ein guther Theil bey Caecina war entgegen, empfiengen ſie ſonder Wehr, erſtachen vnd erhackten ſie, daſs viel tauſend Helvetier des Tages erſchlagen vnd gefangen wurden. *Cecina* legt die 21. Legion in Windiſch, daſs er ſie dem Kayſer behielte, dann im 20ten Buch meldet Tacitus, daſs hernach alle Oerter da die Römer ihr Winter-Läger gehabt, verbrennet vnd zerſtört ſeyen, bis an Mayntz vnd Windiſch, daſs alſo Windiſch dieſer zeit nicht iſt zerſtört worden, und ob ſie wohl nicht iſt zerſtört worden wie Baaden, ſo hat doch die Statt an ihrer Mannſchafft in der Schlacht einen vnwiederbringlichen Schaden empfangen, darzu auch an Gütern, vnd daſs es alles darum zuſchleifft, welches alles zwar ein Vorbott, ihres künfftigen Verderbens vnd Undergangs geweſen ware.

Dann als hernach Helvetia von den Römern zerriſſen, vnd das Zürchgau zur Rhätiſchen Provintz, vnd die andere drey Gau zur Sequaniſchen Provintz, vnd ſich aber die Zürcher zu den Alemanniern verbundeten, wieder die Römer, wie anderswo geſagt iſt, ſumma diſs war ein Urſach, daſs die ſo hiervor Helvetier vnd ein

Volck

Volck geweſt, jetzund ſelber Krieg wiedereinander führeten, dann etlichemahl fielen die Tiguriner mit denen Alemanniern in das Ærgâu wieder die Römiſchen, da ſich Windiſch als die Hauptſtatt vnd Anſtoſs wohl leyden muſte.

1474. Imperator Fridericus restitit in Augusta in Zvvevia & ad se vocauit Principes Electores, & ibidem pausarunt per menses scil. 6. Martium Aprilem Maium Junium Julium Augustum & Septembrem. Et post in mense Octobri transtulit se ad Erpipolym, ubi iterum ad se vocauit Principes Electores & civitates Imperiales, ad obviandum Duci Burchundie qui praecedenter scil. ad quatuor menses obsedit civitatem dictam Nuss in Reno prope Coloniam. Et eodem an. 74. in ult. mense scil. Decembr. die --- intrauit Franckfordiam prope Moganum, descendendo de Herbipoli, & consequenter descendit ad Coloniam contra Ducem Burgundie, qui obsedit civitatem Nussiae ptope Coloniam ad 7. scil. miliaria.

1475. Imperator Fridericus ivit in campum manu armata de Colonia contra Burgundum qui obsedit civitatem Nussiam.

*Anno Domini 1457. in dieta Franckfordienſi prope Moganum.*

RECeſſus per Oratores Dominorum Moguntini, Colonienſis, Palatini, Ducis Saxoniae, & Marchionis Brandenburgenſis Electorum Imperii atque Dominorum Saltzburgenſis & Bremenſis Archi-Epiſcoporum, nec non Capitulorum & Cleri civitatum Magdeburgenſis, Treuirenſis, Colonienſis & Bremenſis. In dieta quae die Veneris poſt feſtum natiuitatis Marie virginis proxime Francfordie obſeruata fuerant, confectus dinoſcitur in modum ſubſequentem.

Primo quod quivis Oratorum ſupradictorum intelligenciam ordinationem applicacionem & preſentationem in eadem dieta aviſatas ad Dominum & majores ſuos deferat, deliberaturos ac deliberantes ſuperinde ad plenum uſque ad affuturam inframentionatam dietam.

Item quod quilibet Archi-Epiſcopus predictus item medio ſubſequentis diete convocationis provincialem in ſua provincia faciet, ſuis ſuffraganeis ac capitulis eorundem, dicta aviſamenta in eadem communi-

municet, & de mente atque voluntate eorundem eo tunc ad plenum experiatur. Et ſi ſuffraganei & capitula omnes vel aliqui & omnia ſeu aliqua in hac re ſecum concurrere voluerint, qui nomine ſuo & concurrentium in dieta affutura per oratores comparuerint cum ſigillis & ampliſſimo mandato fulciti, ut ſi ceteri comparentes in eadem dieta concludere velint, parte ſua quantum ad mandatum & ſigilla nil deficiat.

Item quod obſeruetur alia dieta in feſto Martini affuturo, in opido Nurenberg in quo ſupradicti Principes Eccleſiaſtici, ſeculares, atque ceteri ad eam inuitandi per Oratores conſimiliter cum ſigillis & pleno mandato ~~ſoliciti~~ fulciti, compareant ad tractandum & concludendum ſuper praemiſſis & ſubſequentibus.

Item quod Dn. Moguntinus, Dn. Treuirenſis & Magdeburg. Receſſum & omnia auiſamenta hic conſignata celeriter transmittant, & eis nomine iſtius congregationis ſupplicet, ut ipſi intermedio ſuis prouincialibus congregatis ad affuturam dietam ſicut ipſi Domini Moguntin. Colon. & Bremenſis cum mandatis & ſigillis transmittatur.

Item

Item quod Dn. Moguntinus Domino Bambergensi consimiliter recessum & avisamenta deleget, & eum adhortetur, ut etiam sicut alii ad affuturam dietam transmittat.

Item quod Dn. Moguntinus bonis mediis sollicitet, & inducat Marchionem Albertum Brandenburgensem, ut una cum Dominis Electoribus & ArchiEpiscopis in hac re concurrat. Et itidem Dn. Saltzburgensis apud Ducem Ludovicum faciat.

Item eo tunc m. tractetur de hoc: Anne magis expediat pro honore Principum & nationis, quod decreta Constantiens. & Basileens. Conciliorum quae ea gravamina contingunt circa quae magis necessarium fuerit prouidendum absque modificatione & simpliciter congruis tamen ordinationibus & processibus repetantur, & innouentur: Vel quod ordinationes intermediae, de quibus in auisamentis supradictis cautum & actum est prosequantur & continuentur, seu quod alia congrua & honesta via Alamanie consulatur.

Item quod in illa affutura dieta con-

ſimiliter poſſit eciam tractari de hoc videlicet, quod principes concurrentes in ordinatione ſupradicta primo in Proceſſu per eos conficiendo narrarent, qualiter eis ſepenumero expoſitum fuiſſet, quomodo Alemania in hic contra ſanctorum Conciliorum Decreta & Juris ſcripti ordinacionem exacto tempore plurimum prægravata fuiſſet, & inantea magis magisue timeatur aggravari, congruo & celeri remedio in tempore occurreretur, itaque ut ſuper his provideretur ſupplicatum fuiſſet, quod ipſi ſupraſcripta Capitula ſibi exhibita acceptarent, & ſe in illis confirmarent & concurrerent. Unde ipſi ex premiſſis aliisque rationabilibus cauſis permoti, habita eciam ſuper eis inter ſe cum multis prudentibus & ſcientioſis Viris Eccleſiaſticis & ſecularibus matura deliberatione; Attendentes ſupplicationem iuſtam & rationabilem, Atque quod per ſupradicta media non preciſe ad rigorem Decretorum & Juris ſcripti ordinationem, ſed ad equitatis & humanitatis compendium recurratur, ut ſic maior & uberior facultas per ea, quae per Decreta & Juris ſcripti ordinatio-

dinationes ſepedictis ſummo Pontifici reſeruetur. Eapropter &c. ut in forma.

Item quod ea tunc accipietur de modo & forma quibus Roman. Imperator poſſet induci ad concurrendum una cum principibus Alemannie, in re iſta, & eciam ad prouidendum Nationi vel per pragmaticam ſanctionem vel alio remedio oportuno.

Item quod conſimiliter auiſetur, anne Dominus Apoſtolicus vel literis vel oratoribus & quibus modis & mediis interpellandus ſit ſuper hac re.

Actum loco die & tempore quibus ſupra.

Dn. Johannes Pollart ex parte Epiſc. Colonienſ.

Auiſamenta & articuli intelliguntur de forma Appellationis in dicta Francfurd. concepta.

De annatis ſoluendis iuxta antiquam taxam, gratiis, expectatiuis, decimis, indulgentiis, non ita frequenter dandis.

Ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam, eiusque S. Sedem Apoſtolicam, ſeu ad illum vel ad illos, ad quem vel ad quos eciam de Jure prouocare lice-

 ret.

ret. Eciam ad Sanctiss. generale Concilium ycumenicum, legitime institutum aut instituendum in his scriptis prouocatur appellat. &c.

*Anno Domini 1478. in Dicta Francforden. Johannis Baptiste supplicatio.*

ORatores Dominorum Principum Electorum, Moguntini, Coloniensis, Treuirensis, Ducis Saxonie, & Marchionis Brandenburgens. ac Episcoporum Leodiensis Verdensis & Aistetensis, concordarunt pro supplicatione porrigenda, Apostolico, super gravaminibus auferendis à natione Germanica pro confirmatione Episcoporum & aliis. Et quod de hoc Electores debeant Dn. Moguntinum - - - - mature certificare. Et ex post duo, & duo Electores sex dirigent equites & erunt tunc 18. equites, praeter adjungendos ex parte suffraganeorum.

*Anno Domini 1479. de mense Octobr. Novembri Decembri in Mantua præsent.*

AD res pro Dei honore & fidei Catholicae exaltacione feliciter dirigendas infra scripta sunt auisata.

Primo

Primo quod Sctiſſ D. N. Papa inter omnes Chriſtianos modis convenientibus de quibus ibi videbitur pacem componat, aut treugas indicat, ad quas inducendas Sereniſſ. Dn. Imper. conſentit, maxime quod in Imperio ſuo per totam Almaniam fiant *treuge tricennales* ſub cenſuris & penis Eccleſiaſticis & ſecularibus.

Item quod Sereniſſ. D. Imper. collaudat & commendat, ut pro inſtituendo generali & valido exercitu contra *Turchos* per Sctiſſ. Dn. Papam fiat impoſitio Decime generalis ſuper clero totius chriſtianitatis, & eandem quantum ad eum pertinet in natione ſua permittit & admittit. Sic tamen quod Epiſcopi & alii prelati nationis Germanice qui ad expeditionem hujusmodi iverunt aut iuxta taxam per Imperatorem ſibi impoſitam vel imponendam miſerunt ab onere hujusmodi decime eximantur.

Item quod Sctiſſ. D. N. Papa cruciatam per totam Chriſtianitatem contra Turchos predicari faciat, & placet Imperatori, quod etiam in Alemannia cum indulgenciis opportunis praedicetur, ita tamen, ut pecuniae tam ex decimis quam indulgentiis provenientes

nientes ad fideles manus deponantur, & ad nullum alium uſum quam contra Turchos exponantur. Prout de hoc in dieta de qua infra ſequitur fuit declaratum & deliberatum.

Item Imperator ſe offert ad proſequendum quod in dieta Francoforden. & in noua civitate Auſtrie de exercitu valido & potenti ex nacione Germanica contra Turchos & hoſtes fidei ducendo, videlicet de 32. M. peditum & X. milibus equitum tractata & oblata ſunt. Proviſo tamen prius, quod per Hungariam tranſitus ſecurus habeatur; & victualia debito pretio miniſtrentur.

Item quod ex nunc S. D. N. Papa hujus Exercitus capitaneum autoritate Apoſtolica nominet, vexillum Eccleſie illi mittendo, & diuino ſuffultus auxilio eundem exercitum fideliter dirigat & gubernet.

Item ex nunc pro felici premiſſorum executione indicatur conventus Germanorum in civitate Imperiali dominica 2. quadrageſime future tenendum, ad quem principes Eccleſiaſtici atque ſeculares & communitates per ſe aut oratores cum pleno mandato conveniant.

Item

Item quod ad hujusmodi conventum S. D. N. mittat Legatum cum plena potestate pro Executione rerum hujusmodi ad pacem ubilibet componendam seu treugas indicendas, ac alia quae necessaria fuerint facienda.

Item quod S. D. N. Papa per medium Venetorum aut aliorum medio tempore classem validam preparet, contra Turchos per mare, que ipsos in Grecia & alibi vexet, cum exercitus Germanorum in Russia aut alibi eos inuaserit, & de hoc S. sua hic vel Legatus Apostolicus Serenisſ. Dn. Imperatorem & principes Germanie in dieta prefata certificabit.

Item Oratores Principum hic extantes Dnos suos de premissis omnibus informabunt, & ad mittendum ad dietam indictam sine alia vocatione auisabunt.

Hec cedula oblata per oratores Imperiales, Ambasiatoribus principum Mantue, sed eandem dicti Ambasiatores acceptare nolebant.

*Sub-*

*Subscripta auisamenta per viam Concilii oblata sunt per ambasiatores principum Oratoribus Imp. Mantue. Qui oratores dicta Concilia pro responso principum acceptare denegarunt.*

INprimis oblationes per nos factas ratas esse faciemus, sicut antea vobis despondimus sc. Dominos nostros facturos, pro toto posse, ut decet catholicos Principes, in hoc sacratissimo fidei proposito.

Propterea omnibus ponderatis Concilium nostrum est, quod ante omnia componantur & tollantur differencie que sunt inter Dn. *Imperatorem* & *Matthiam* qui se Regem Hungarie appellat super regno Hungarie, sine qua nulla expeditio poterit esse fructuosa pluribus de causis.

Primo quod expedit exercitum nostrum nisi pacifice transire per Hungariam, nec aliquo pacto viam ferro aperire, nec arma publice mouere, nisi contra Turchum & qui in ejus auxilio sunt.

Secundo quod Principes nostri neq; seipsos neque alium nobilem exercitum credere vellent in manibus Vngarorum, nisi prius ipsis declaratis & rebus ad sinceritatem de-

ductis,

ductis, quod aliter fieri non poteſt, niſi per Compoſitionem ut prefertur.

Preterea exercitus noſter propter reuerenciam & obedienciam ad Dn. Imperatorem prefato Dn. Matthie haberetur iuſta ratione ſuſpectus, propter quod ipſe fortaſſis paſſum non daret, niſi tam infirmo, cui ipſe tamen dominari poſſet.

Eſt etiam noſtris non modicus timor incuſſus ex his, que in priore expeditone per Hungaros plus quam per Turchos perpetrata ſunt. Inſuper eciam Apoſtolica & Imperiali autoritate per Rom. Imp. treuge componantur, ad quas componendas videtur nobis expedire, Legatum Apoſtolicum ad aliquem locum principibus Imperii commodum transmitti, & ſi Imperator perſonaliter adeſſe poſſet, videretur nobis id plurimum expedire. Veruntamen ſi non omnes differentie componi poſſent, vel ad treugas reduci, nihilominus expeditio illa progreſſum habere debet.

Item Legatus Apoſtolicus poteſtatem habere debet de concilio eorum qui in illa dieta erunt, decime imponende, crucem predicandi, capitaneum nominandi, ac omni-

omnium rerum gerendarum pro expeditione predicta conficienda, neque enim dubitamus, quin jactis fundamentis ut prefertur omnes christiani utriusque Status Ecclesiastici & Secularis prompti essent se & sua conferre pro tam salubri expeditione, quam alioqui suspectam habent, nisi præparatoria, de quibus supra dictum est, iusto ordine tractentur. Nemo enim tam imperitus est, qui exercitum ducere proponit, quin prius cogitet, de transitu atque etiam reditu si Deus victoriam dabit.

De classe vero maritima disponenda relinquimus arbitrium S.D.N. Premissa sinceris animis dicimus & consulimus. Saluo iudicio quorumque melius sentientium.

*Conclusio Vnanimis.*

AD habendum felicem prosecutionem negotii defensis fidei Catholice, Oratores Serenisс. Dn. Imperatoris & Illustrium S. I. Principum offerunt Imperialem Maiestatem Dominosque suos conducendo valido exercitu videlicet X. M. equitum XXXII. milia pedestrium contra Turchos hostes fidei vna cum aliis Principibus & commu-

munitatibus nationis Germanice facturos & impleturos omnia & singula capitula prout in dictis precedentibus videlicet in Franckfordia & in noua ciuitate Austrie pro expeditione hujusmodi exercitus per eos facta, auisata & oblata sunt.

Item quia prosecucioni huiusmodi sancti negocii nonnulla impedimenta obstare videntur, petunt quod S. D. N. Papa certam dietam infra hinc & proximam quadragesimam ad opidum Imperiale Nurembergense, pro conventione principum & communitatum nationis Germanice indicat, ac Legatum Apostolicum cum potestate pacem constituendi ac treugas in Imperio statuendi mittat, quin eciam una cum his quos Seren. Dn. noster Imperator illuc miserit & principibus Imperii aut eorum Oratoribus de modis & ordine expeditionis, faciendique equam taxam impositionum personarum ad exercitum mittendarum, nec non pacem ut praemittitur componendi & treugas indicendi tractet & ordinet.

Item quod prefatus S. D. N. ob tollendum dissidium inter Imp. & Mathiam de Huniad Comitem Bistricensem in

regno Hungarie exortum, utque ſecurus tranſitus per idem regnum haberi poſſet ex nunc ſtatuat aliam dietam infra hinc & feſtum paſce in civitate Imperiali tenendam, in qua Principes & communitates Imperii per ſe aut ſuos Oratores compareant, de praemiſſo tranſitu aliisque ad neceſſariam prouiſionem exercitus requiſitis tractaturi. Quodque eciam illic aſſit Legatus de Latere ſedis Aplice cum plenaria facultate ad praemiſſa neceſſaria, qui prefatum Dn. Imp. & ſuos principes de claſſe nauali certificare poſſit & certificet.

Sequitur: Bulla Legationis ad Germaniam Cardinalis Niceni anno Dn. 1460. 18. Kl. Febr. Pontificatus noſtri anno 2.

*Anno Dn. 1460. in menſe Octobri in Wyenna conſultatio Oratorum Electorum ubi hi Legato Pontificio reſpondent, quandoquidem ipſe eos dixerit ex promiſſo in dieta Francofurtenſi obligatos, de exercitu contra Turcos nil tum ibi decretum eſſe.*

REverendiſſime in Chriſto pater ac Domine mi metuendisſime omni recommendatione digniſſime. Diſertiſſimam ora-

orationem & exhortationem, quam Reuerendiſſ. paternitas veſtra per organum Reverendiſſimi patris Dni AEpiſc. Sepontini patris doctiſſimi & viri eloquentiſſimi ad nos fieri iuſſerit, necnon voluntatem veſtram quam eadem deuocio veſtra viue vocis oraculo perorauerat, Magnifici, Venerabiles & egregii S. R. I. principum Electorum & aliorum principum atque Dominorum tam Eccleſiaſticorum quam Secularium Oratores pro modulo ſuo intellexerunt & audiuerunt, quod quidem veſtram exhortationem eo ordine eaque elegancia recenſere, qua hanc rem Vir praeſtantiſſimus diſſeruit ſuper vires meas eſſe fateor. Sed valde contriſtat cor noſtrum eo, quod in veſtra exhortacione veluti Chriſti exercitus inſtaurandi impugnatores & aduerſarii Domini noſtri iudicantur cum voluntas Dominorum noſtrorum exiſtat omnia facere quae ſunt chriſtianorum Principum ſicut in oblacionibus noſtris repetitis vicibus dictum eſt, atque corpore & rebus auxilio & conſilio pro omni vivacitate ſua cooperare, quae ad ea congrua futura ſunt, dummodo in eis modum formam & ordinem conſpexerint quibus

 ex-

exercitus iste pro gloria Dei & christiane religionis non perfunctorie sed laudabiliter fructuose & magnifice adaptetur. Quicquid tamen sit, ego cui hoc onus perorandi delatum est, hanc in cartam committo, & agresti stilo simpliciter plane sine strepitu, omnibus semotis anfractibus, diuerticulis, disputationibus, obiurgationibus, & redarguitionibus cessantibus, nostram deliberacionem nostram voluntatem, & quicquid in rebus atque instructionibus nostris atque mandatis nostris continetur, finaliter & conclusiue explanabo, nollemus enim aliud fieri iudicium de Dominis nostris atque nobis, nisi quemadmodum fieri solet & debet de filiis obediencie Sacre Rom. Eccles. Sctiss. Domini nostri & Celsitudinis Papalis.

Ponimus siquidem fundamentum nostrum in causa originali finali & principali, propter quam prius dieta instituta est, quemadmodum in apicibus cesariis plenius continetur in literis vestre Reverend. Dominat. repetitur. Et deinde in brevi quod Sctiss. Dn. transmiserit expressum est. Et quemadmodum eciam auisata Mantuana recordamur, videlicet quod quem-

quemadmodum exercitus Chriſtianus contra Thurchum inſtructus reddatur atque ad defenſionem chriſtiane fidei noſtre pertractetur. Hanc ob contemplacionem, hanc ob rem, & propter huiusmndi cauſam finalem, miſsos nos eſſe Reverendiſſima Dominatio veſtra cognoſcat, unde quia in mandatis habemus & in inſtructionibus noſtris continetur, quod Dominos noſtros offerre debemus ad cuncta que huic cauſe conducunt, pro omni viuacitate ſua, quemadmodum fecimus & coram ceſarea magnitudine & coram veſtra reverendiſſima paternitate pridem liquide in medium productum eſt & omne illud quod tunc obtulimus pro parte dictorum dominorum noſtrorum hodie offerimus & toties quoties opportunum fuerit offeremus. Quis enim huic rei deeſſe vellet niſi ſchandalisſimus hominum, ethnicus & inſenſatus, atque Dei inimicus - - . Verum quia Reverendiſſima paternitas veſtra huic hujusmodi oblacioni contenta minime videbatur prout nos extenſius declarantes, ab univerſalibus ad particularia & individua migrare vellemus. Reſponſum veſtreReverendisſime dominacionis nos ad

locum denominationis ſue una cum multis aliis invitaſſet. Idem poſt multa verba nobiscum habita idem expoſcebat, praeſertim ut mentem noſtram, noſtramque conſultationem & deliberationem eidem reuerendiſſ. dominacioni familiariter & confidenter patefaceremus. Hinc ſumpta occaſione poſuimus animi oculos in cauſam perutilem preſentis diete Preterea poſuimus ante oculos noſtros deſiderium veſtre dominacionis Reverendiſſime Inſpeximus auiſata Mantuana, penſauimus inſtructiones noſtras & quod quidem in mandatis habemus & decreuimus concorditer nullo diſcrepante, nullatenus eſſe ludendum in rebus tam maximis, Deum noſtrum & noſtram religionem pro cuius inſtitutione Chriſti ſanguis fuſus eſt concernentibus ſed cum gravitate agendum ſtatuimus. Itaque quicquid in nobis foret clare & lucide eſſe pandendum. Et viſum eſſet Dominis noſtris, conducere poſſe ad praeſcriptum laudabiliter, commendabiliter & fructuoſe, cauſam atque rem pro qua praeſens dieta fuerat inſtituta quod & fecimus, quod & inſinuauimus & deduximus clare ſincere & pure absque

absque omni tergiversacione. Testamur Deum omnipotentem, cui omne cor patet, & nullum latet secretum, uti audiuerit pridem Reuerendissima Dominacio vestra. Estimant siquidem Domini nostri qui nos miserunt, hanc esse viam, hunc esse ordinem, ad rem huiusmodi salutariter exsequendam, nec hodie aptior & commodior via occurrit, secundum omnem intellectum nostrum humanum. Moti fuimus clare dicere, ut prefertur nostram mentem atque deliberacionem quanquam repetitis vicibus à vestra Reverendissima dominatione auditum est, nacionem Germanicam obiurgasse ipsam, videlicet affectam atque obligatam esse ad taxam quotam & missionem hominum equestrium atque peditum veluti Franckfordie pretenditur esse auisatum & sepenumero hortata est & requisiuit eandem, ut obligationi satisfaceret & premissa seruaret. Innuebat itaque R. D. V. nacionem nostram esse obligatam quantum ad taxam premissam & pacta debere seruari ut ait Pretor. Pater Reverendissime cum ea patientia ea Reuerentia qua decuit audiuimus hec, quodque res se aliter habeat

hoc ordine perpendite. Sumus hic multi, & non est quispiam inter nos, qui Franckfordie avisatis interfuerit preterquam duo, quibus de huiusmodi obligacione & promissione omnino nihil constat. Sunt Domini nostri, qui nos miserunt non minores nacionis Germanice, quibus iterum de obligacione atque promissione quote taxe atque numero Franckfordi impositis nihil constat. Nec diffitemur aliquos Principes presentes illic fuisse, sed qui promisissent & obligassent se ad implecionem atque execucionem alicuius taxe ut prefertur, & illi quote se submisissent, ex parte Germ. nacionis diffitemur. Unde satis admiramur, unde venit hoc verbum, nacionem Germ. nostram fore obligatam. Incredibile est ut nacio nostra alicui potestatem hanc tradiderit, cum nusquam ob eam rem convenerit, licet per Dei gratiam alias Domini nostri inclinati prompti & parati sint & corpore & rebus facere pro posse suo, & quilibet secundum conditionem suam, que fiunt ad Conductionem rei tam salutaris, dum viderint ordinem & modum qui ad hoc requiritur & necessarius existit.

ſtit. Nec poterant Mantue recepti promittere aliquid ex parte nacionis noſtre, cum ad hoc nullum habuerint mandatum. Sed ſi quid promiſſum eſt, hoc afficit ex parte Dominorum ſuorum qui illos miſerunt. Ex premiſſis liquide apparet, nacionem noſtram ad nullam convolaſſe promiſſionem, & ſubmiſſionem, & per conſequens nullam ei culpam ſeu cauſam eſſe adſcribendam.

Item monebantur dare talem conſultationem & deliberationem, quoniam nuper innotuit Dominis noſtris, quis modus, quae via, quis ordo in perſecucione tante rei obſeruari deberet, nec innotuit eis quando inchoari, quamdiu durare, & ad quas regiones, necnon per quorum terras exercitus iſte ducendus eſſet. Nec innotuit eis unde ſuſtentationem habere & qua prouiſione & quibus impendiis gaudere & viuere habeant Dni Principes & potentates Germ. nacionis, qui in eiusmodi Chriſti exercitu concurrere deberent. Nam certum eſt, niſi ſuper premisſis rite provideatur, opus illud impleri & conduci non poſſit. Nec miretur Reverendiſſima dignit. V. neque ingra-

tum habeat, quod ſermo habitus eſt de alia dieta, nam ad hoc ſunt rationes efficaces. Imo. Nam cupidi ſunt Domini noſtri, & plurimi affectant, quod Celſitudo Imperialis ſe oſtendat & preſentem faciat in partibus ſuperioribus Imperii & ſue Imperialis dicionis. Nam notum eſt aliquamdiu res Germanicas male habuiſſe, multas lites multasque diuiſiones in Germania & Alemannia exortas fore unde ingencia mala exorta ſunt, & ferme Monarchicus Status ob id contritus eſt. Quatenus in conſultatione Dominorum noſtrorum quodſi prius fuiſſet & comparuiſſet Imperialis ſublimitas, mala huiusmodi locum non habuiſſe, vel ſuborta extitiſſe. Hanc ſpem hodie habent Domini noſtri ſi dignabitur Imperialis celſitudo ſe perſonaliter oſtendere, quod diuiſiones ceſſent, & mala noſtram nacionem & Imperium deformancia, ejus conſilio & auxilio è medio fiant. Tertio ex laudabili conſuetudine & diuturna obſeruancia introductum & obſeruatum eſt, quotiescunque tam magna negocia Religionem Chriſtianam & ſtatum Imperii publicum concernentia imminebant, tunc Imperatores & Romanorum

Reges

Reges ſe ſuis Principibus Electoribus tanquam proximioribus & immediatis membris ſubiunxerunt ſimul pertractantes, quomodo neceſſitati Reipubl. conſuleretur. Hoc enim ordine honor Imperii conſeruatus eſt, & alia fiebant, quae noſtre religioni conducebant. Quidque neceſſarium ſit nunc optime poteſt conſiderare R. D. V. hac ſiquidem via per nacionem noſtram Germanicam ſummis neceſſitatibus Sacre Rom. Eccleſ. & ſummorum Pontificum ſepenumero conſultum eſt. Nam nacio noſtra pre ceteris honorem Sctiſſ. ſedis Apoſtolice venerata eſt, de quo Hiſtoriae plenae ſunt.

Inſuper non miretur R. D. V. ſermonem eſſe habitum in loco competenti; Nam ubi conventus Imperialis celebrari habeat, pro ſummis rebus ſtatum & felicitatem fidei noſtre & Romani Imperii concernentibus in conſultationibus Romanorum Principum maxime in A. B. prouiſum eſt ſufficienter. Explanare deliberacionem & conſultacionem noſtram hoc ordine, ſicut explanate ſunt Domini Oratores dignum arbitrantur. Nemo enim heſitat, quid negocium hoc, quod S. D. N. conducere

laborat

laborat maximum ſit. Quapropter ſi hoc in loco concluſio captaretur, obmiſſis Principibus, obtimatibus, Ducibus, Baronibus, proceribus & communitatibus Imperialibus, ad Germanicam nacionem pertinentibus, qui huic comitatui intereſſe obſequi ſeruire & dextras ſuas porrigere corpore & rebus eciam uſque ad effuſionem ſanguinis & ad mortem incluſiue habent, quod hoc racioni minime conſentaneum foret. Quodque ob hoc concluſionem huiusmodi plurimum calumpniari contigerit, & omnis labor inanis fieret. Allegarunt namque in vulgari ſuo: Quid volunt ad hoc dicere iſti ſtudentes, iſti Eccleſiaſtici, illi Oratores forſitan periti in rebus diuinis & iuſticie, imperiti autem in rebus militaribus. Nobis qui execucionem facere debemus corpore & rebus totum pondus in humeros noſtros ponere ſatagunt. Riderent fabricam noſtram & dicerent ubi manet eorum iuſticia publica. Nam hec ordinatio omnes tangit, ab omnibus approbari debet. Unde quia nobis irrequiſitis & eciam abſentibus fabricam hujusmodi conſtruxerunt, merito eciam ipſi hanc & non nos execucioni demandabunt, & ſi

ha-

habent animum interueniendi hac occasione se recte habeant. Propterea mouebamur ad hanc deliberationem & consultationem progredi, num certissimum est quod auisata Mantue maiori indagine indigent, utpote super pace generali in Germania edenda, & super regno Ungarie pacificando. Cuiusmodi condiciones accuratius & commodius purificari non poterunt nisi in dieta prememorata. Item mouebantur Oratores ad id, nam auisatum est, quod quota & taxa eque rationabilis imponi habeat. Et si aliqua imposicio decime vel alicuius alterius pecunie forme vel modi conduci debeat accuratius, fieri non potest neque salubrius, quam in dieta prememorata. Rursus etiam mouebamur ad huiusmodi deliberacionem, nam etsi Domini Oratores factum Domini Ducis Sigismundi de Austria contra altissimum ac spectabilissimum membrum Sac. Rom. Eccles. Dominum videlicet S. Petri ad vincula Card. molestarent, tam no - - - illam quam contra - - - contra inclitam domum Austrie proximis his diebus suscitarunt magnum afferre detrimentum posset huic sacre expedicioni timetur, nisi cele-

celeriter occurratur potencius ſiquidem eorum cum ſuis adherentibus vis parua non eſt. Et ne dum inclytam domum Auſtrie quinimo alios princeps & potentates Eccleſiaſticas ac ſeculares conturbare valeant. Cui rei & ferocitati occurri poſſe uberius in prefata dieta per conventum publicum quia alias etiam princeps iſte per ſanguine ſibi iunctos & alios facile induci poſſet, ut ſe recognoſceret & emendaret. Cum itaque Pater Reuerendiſſime ea que dicta ſunt ſic ſe habeant, cum etiam Domini Oratores ex deſiderio & intimo corde pro debito ſuo & etiam dominorum ſuorum inclinati & parati ſint pro diſcretione ſua agere & conducere illa que ſunt ad gloriam Dei omnipotentis cuius res agitur ad decus & honorem ſanctiſſimi Domini noſtri Ceſarie magnitudinis & chriſtiane religionis hanc conſultationem & deliberationem dederunt tanquam expediciorem ad huiusmodi ſacre rei perſecucionem. Nec ullo modo de hac re geſta egregios labores veſtre amplitudinis fruſtra fieri. Idcirco humiliter lætantur & obſecrantur, quatenus R. P. V. convocatorum finalem & iudiciorum eorum ſalutarem delibera-

tio-

tionem & conſultationem eo animo eo ſpiritu ſuſcipiat & intelligat, ſicuti ex cordis eorum puritate & ſinceritate emanat & procedit. Nam in virtute mandatorum ſuorum aliud nunc facere nequeunt. Idcirco ad ulteriora procedere & ulterioribus diſputationibus ſe ingerere non poſſunt.

*Secunda Conſultatio & Deliberatio Oratorum Principum Elect. & aliorum Principum atque Dominorum tam Eccleſiaſticorumquam ſecularium oblata Card. Greco in Wyenna. &c.*

REverendiſſime in Chriſto Pater Domineque metuendiſſime. Cenſebant Magnifici venerabiles ac ſpectabiles Oratores Electorum aliorumque Principum S. R. I. hic preſentes propter dietam per V. P. pridie acceptabile conſultiſſimumque afferre reſponſum, tanquam hi qui in animi ſinceritate intenti ſunt illi ſalutari expeditioni. Quo reſponſo per eos dato inſtabat V. R. P. pro prefati reſponſi declaratione : Hortabatur etiam V. R. P. Oratores praenominatos hic preſentes ut eorum Dominorum nomi-

nomine qui eos miserunt promitterent. Illo facto R. P. V. alios, qui hic non miserunt hostiatim adire, & eos hortari ac requirere, ut simili modo promitterent affirmauit, quemadmodum etiam ea que R. P. V. proposita sunt Oratores prenominati intellexerunt. Deliberacione super his recepta respondere nunc ad ea constituerunt ex quo responso luculentissime R. P. V. intelliget flagrantissimum desiderium quod principes & Domini nostri ac ipsi Oratores habent ad conficiendum illam desiderabilem ac salutarem expeditionem thurcicam. Tangunt enim ipsius rei fundamenta, quae omnia prius praevideri necesse sit, sine quo nullo pacto fructuosus labor esse potest, ac ipsa expeditio confici. Et quia Serenissimus Dn. Imperator Principibus ac Dominis nostris spiritualibus & secularibus suis literis diem per se aut Oratores ipsorum hic comparendi statuit & quales eorum accersiti sunt ob causas ut expeditio contra Thurcos concluderetur & conficeretur. Ad intencionem hanc ut Oratores missi sumus, & pridie desiderium Sanctissimi Domini nostri R. D. V. per propositum responsumque

& ob-

& oblacionem habunde factam per ſacram Ceſaream Maieſtatem audiuimus. Reſpondimus, & nos maturo cum conſilio, ut in exordio diximus. Tandem Imperialis Majeſtas lacius ſe obtulit, in ſuccurſum fidei expeditionemque inſtaurandam. Reſponderunt & auditi ſunt à communitatibus miſſi. Que reſponſiones ac oblaciones omnes tum Ceſarie Majeſt. tum eciam principum & communitatum pariformiter in eundem finem tendunt ut inimicis crucis Chriſti reſiſtatur, expeditioque contra illos expediatur: idcirco neceſſe non eſt amplius ſe offerre, oblaciones enim noſtras nomine Dominorum noſtrorum ratas habemus. Sed ad fundamenta inſtaurande expedicionis deſcendemus, quomodo illa ſecundum humana judicia confici bene poſſit & expediri, rem enim ipſam quæ Rempubl. chriſtiane fidei tangit colorare non volumus ſed in ſinceritate animorum noſtrorum conſilia noſtra & quid in hac re grauiſſima cenſeamus detegemus & eciam noſtra iudicia ut ſupra diximus. Ille erunt vie & media & non alie ſine quibus fructuoſe & cum honore res ipſa dirigi, ordinari, aut conſtitui non poteſt. In

procemio itaque ante omnia attendendum & conſiderandum, quodſi ſancta illa intentio & deſideratisſimum propoſitum in reſiſtendo inimicis crucis Chriſti fructuoſe perfici debent plurima ad hanc rem neceſſaria in ſuſceptionem expeditionis conſiderare oportet. Et ſi res ipſa in primordio ita tractabitur, ut homines intelligere & aperte ſentire incipiant, toto mentis ardore eam ipſam dirigi non dubitamus. Quoniam ex tunc, non ſolum Reges & Principes, ſed & Comites, Barones, milites, Nobiles, Communitates priuate perſone ſpirituales & ſeculares, voluntates & potencias eorumque perſonas & bona conferent ad hanc ſalutarem rem, iuxta eorum poſſibilitatem, uti eos bene decet. Item ut hec rerum conſultatio & deliberatio per eos fiat, qui oportuna ad has res conſilia & auxilia poterunt preſtare, & precipue per eos qui harum rerum intellectum habent, & qui in his exercitati ſunt & experti, atque in illis locis ubi pondus & neceſſitas tantarum rerum id fieri expoſcit & requirit ſecundum quam talem conſultationem & deliberationem jam ad preſens neceſſitas ipſa requirit. Id ex eo conclu-

di

di poteſt: Quoniam licet in precedentibus diebus in Ratiſpona, Franckfordia, in nova civitate & alibi, ex parte huiusmodi ducende expeditionis plurima deliberata fuerunt & conſultata, & tamen ipſa medio tempore maximam receperunt immutacionem.

Primo enim notorium eſt, quod tempore Franckfordienſis diete olim laudabilis memorie ſereniſſimus *Latislaus* Ungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie &c. Rex ibidem regna Ungarie & Bohemie potentative rexit, & in vita fuit, in cuius ſublimem potenciam felicis memorie Nicolaus & poſt eum Caliſtus Pape, tota Romana Eccleſia, chriſtiani Reges incliti, & preſertim graciosi Domini noſtri Principes Electores aliique Principes Eccleſiaſtici & ſeculares & venerabiles civitatum Imperialium communitates per Germaniam S. I. ſubiectae, ſingulariſſimam ſui fauoris conſiderationem direxerunt, & non parum iu ſua magnifica potencia armatorumque turba quam ducendam ad extirpandum Turcam promiſerant fuerunt conſulati. Nam idem olim Latislaus Rex per ſuos Oratores Franckfordie quos ipſe ad laudabile chri-

ſtianiſſimum illud opus & exercitum inſtaurandum ſuis ex regnis & ducatibus XL. M. equeſtrium & pedeſtrium ducere vellet in publico conventu promiſit, & adhuc in ſua propria perſona amplecti vellet. Licet Papa Caliſtus III. alias vias concluſiſſet, ſane ſe iterum ad hanc rem conſulere, & auxilia ſue potencie ferre ſpoſpondit. Hujusmodi & tali promiſſioni dicti ſanctiſſimi Pape, Reges, Principes, Electores, alii Principes & communitatum rectores ſummam fidem adhibuerunt, & propterea ad præſtandum auxilia ad tantum conducendum exercitum ſe paratiores & cum maioribus viribus exhibuerunt, quemadmodum dicti Principes Electores aliique Principes & quorum Oratores hic preſentes ſunt, altero die ſe voluntarios obtulerunt, ut ex eorum reſponſo pridie dato clare intelligi potuit ſufficienter Nunc autem quando olim dictus Rex Latislaus ſuperiori tempore mortis debitum ſoluit, non amplius tanta de eorundem armatorum numero & promisſione ſpes ſupereſt, attento, quod in regnis & dominiis ſuis ut conſtat grandis immutatio facta ſit. Ex quibus luce clarius patet, quod ea que in

Ratispon. & Franckforden. dietis deliberata & tractata ſunt, maximam temporibus intermediis receperunt alterationem.

Item ſecundo dictarum dietarum Conſultata notabilem receperunt immutationem, quoniam inclytum regnum Bohemie quod ut notabilis Principis Electoris Principatus ad Sc. Roman. pertinet Imperium medio tempore de alio rege & Domino providit, qui vero magnifice eſtimatur potentie, & cum Baronibus & militibus ac aliis ſuis ſubiectis in rebus bellicis expertus pariter & exercitatus, ad huiusmodique ducendum exercitum maxima poterit conferre ſubſidia. Et idem Rex Bohemie neque dictis deliberationibus & conſultationibus dictarum dietarum interfuit, nec preſentem aliquem habuit, neque hodie intelligitur quod in his ſanctiſſimis rebus ſua ex parte fieri debeat. Ex his R. V. P. & uniuscuiusque intelligere racio poteſt, quod ex quo dicti Regis Bohemie auxilia conſilia potencia & præſidia ad chriſtianiſſimum exercitum ducendum neceſſaria exiſtimantur, quod ipſe digne & congrue ad has res conſultandas & auxiliandas videlicet ut huiusmodi chriſtianus exercitus

promoveatur inuitari debeat, & vocari facilius enim ea que consultata fuerint executioni in opere demandentur.

Item tertio sciendum est, quod illa auisata in superioribus dietis notabiliter immutata & alterata sunt ex eo, nam notum est quod interim duo maxime reputacionis Principes Electores videlicet Dn. *Theodoricus* Archi-Episcopus Eccles. Moguntinensis & Dn. *Jacobus* Archi-Episc. Treuirensis vita functi sunt, quodque Archi-Episcopatibus seu Metropolitanis Ecclesiis huiusmodi de aliis Archi-praesulibus provisum est, videlicet de Dn. *Theodorico* iam Moguntin. & de Dn. *Jacobo* iam Trevirensi Archi-Episcopis qui auisatis in dietis retroactis nequicquam intererant, nemo etiam pro parte ipsorum cum mandato illic comparuit, nec etiam Archipraesules in auisata huiusmodi consenserunt, lacius & amplius quod in re sponsali hic data expressum est.

Item quarto sciendum est, quod res huiusmodi & auisata in dietis superioribus mutationem & alterationem receperunt, interim notabilem ex eo: Nam post tempora horum auisatorum & interim magne

capi-

capitales gwerre lites & discordie cum maximis dampnis exinde inter nonnullos Principes Electores aliosque Principes Comites Barones & alios ad S. R. I. in Germ. spectantes exorte & habite sunt. Quamobrem prouincie atque terre & gentes in dicta Germanica nacione in virtute & potencia sua non parum diminute sunt & execrabilia dampna sustinuerunt, suntque alias varie & diverse facte alterationes in eadem nacione nostra diuersis ordine & modo, in non modicum ejusdem nacionis gravamen, de quibus hic bono respectu & propter breuitatem suspendendum & tacendum esse putant.

Verum quanquam premissa omnia & singula sic se habeant, & luce clariora sint nihilominus & ea, quae per R. P. V. pridem disertissime exposita fuere, pro parte S. D. N. & legatorum audiuit eadem P. V. illa quae pro parte magnitudinis Imperialis responsa & oblata sunt. Intellixit eciam R. D. V. nedum responsum quinimo & laudabilem oblacionem quam in conspectu celsitud. Imperialis & R. D. V. per S. R. I. Principum Electorum & aliorum Principum Germanice nationis Oratores

tores facta sunt & presertim quando Principes Electores & alii huic christiano exexercitu neque corpore neque rebus deesse volunt, & inclinati sunt ad consulendum & ad conferendum ad opus huiusmodi christianum, quemadmodum in responso pridem facto plenius innotuit, preterea responsum pro parte quarundam communitatum Imperialium, etiam tunc similiter claruit & intellectum est. Verum quoniam sacre Imperialis Maiestatis, Principum, Electorum & aliorum, necnon communitatum Imperialium responsum voluntas atque intencio in unum consonare, & ad eundem finem tendere videntur. Suntque plurimum inclinati ante omnia ut eiusmodi exercitus christianus instauretur prosequatur & innotescat, & execucioni demandetur. Quanquam pura & sincera intentio atque deuotio huiusmodi est Oratorum clarius atque nitidius ad omnia que huic sanctissimo operi conducunt cum necesse sit quod de forma de quantitate modo & ordine ceterisque circumstantiis huic rei necessariis deliberetur, pertractetur & mature concludere videretur conferre & opus esse oratoribus pre-

predictis, ut auiſetur de ſequentibus. Porro certum eſt quod in nacione noſtra Germanica diſcordie graves & difficiles inter Electores & alios principes Comites Barones ſimultatesque tante adeo increuerunt ut inter principes prefatos & alios tanta tranquillitas &c.

De proſtratione Turcorum in regno Hungarie ac Dn. 1456. preſente deuoto patre Johanne de Capiſtrano Ordinis minorum de obſeruancia per V. D. Johannem Goldener pro Magnifico Dn. Mattheo Slick Domino noui caſtri. 1456. de pugna ad Belgradum.

*Finale reſponſum Legati.*

VEllem preſtantiſſimi Oratores atque vtinam ita vobis diuina bonitas conceſſiſſet, vt alium huic noſtro conventui, tam ſanctis tamque neceſſariis cauſis inſtituto & longe adhuc diuerſum finem imponere potuiſſemus. Sed vetus atque probatisſima ſententia eſt relaborandum in rebus optimis quantum licet quodcunque tamen ad extremum acciderit, ferendum. Nos quidem delegate nobis ab Apoſtolica ſede prouincie quantum vires noſtre ferre

potuerunt & animo & corpore incubuimus. Elaboravimus ut necessitati fidei, sanctissimi Dei religioni ut pontificis maximi desiderio ut debito nostro, vestris promissis, vestre fidei satisfaceretis. Adduxistis rationes, in quibus ut estimatis, ea que dicebatis iustificarentur. Efflagitastis ut novus Conventus indiceretur, cui Imperatoria Celsitudo interesset, eo principes omnes facile eo casu per se conventuros asseruistis. Rationes vestras nos nostris firmissimis verissimisque rationibus facile resolvimus, quam perniciosa foret in nouo conventu cogitatio demonstrauimus, ad dandum hinc sanctissime rei initium hortati sumus, rogare vos, precari, supplicare, lacrimisque vobiscum agere non erubuimus, vos tamen in sententia permansistis. Iratusque nobis propter peccata nostra est Deus & secundum vocem Prophete. Obstuduit Deus in ira filiam Syon & deiecit de celo gladium Israhel nec recordatus est scabellum pedum suorum in die ire sue. Submersit Dominus omnem decorem Israel & omnes materies eius destruxit. Exaltauit dextram inimicorum nostrorum & auertit adiutorium gladii sui, & non ad-

iuvit

iuvit nos in bello pacatos fecit dies nostros, & super omnia effudit super nos confusionem. Contradicere racionibus nostris non potuistis, quin pocius responsum nostrum & publice & priuatim laudastis. Sed duntaxat tamen novum conventum petere in eo interfore principes vestros dixistis, nullam praeter hoc vos potestatem habere affirmantes in hac rerum difficultate, quod minus in se mali haberet amplectendum rati. Etsi non libenter ad indicendum conventum adducebamur, experiri tamen Imperatorie Maiestatis animum voluimus an illi diete per se interesse vellet, non potuit ad id Imperialis sublimitas adduci. Multas attulit raciones, plurimas causas, plura impedimenta, quae prohibere ne id faceret dicebat. Recte agi existimandum est quicquid ab isto Imperatore committitur. Obtulit nihilominus Imperialis celsitudo se ad eum conventum legatos missuram, ex Principibus & Electoribus Imperii viros illustres & excellentes que merito potenciam sue Maiestatis referrent. Retuli post hec rem omnem ad amicos vestros. Dixi non posse flecti cesaream Maiestatem ut seipsam transferret ad conventum.

tum. Quesiui an vos nichilominus in proposito permaneretis & principum vestrorum Presenciam si cesaris legati venirent polliceremini, vos neque id quidem polliceri voluistis, imo aperte fassi estis, ni Imperator convenerit, nihil boni sperandum esse. Que cum ita sint, nihil iam superest, nisi ut primo testemur, Deum & sanctos Angelos, cuius ac in eorum conspectu vestras maxime mentes, nihil à me quod imbecillitas mea faciendum intellexerit praetermissum fuisse deinde ut rem omnem & hunc inprimis minime speratum exitum sanctissimo Domino nostro nunc literis mox viva voce exponam vt ille quem superiori anno non hyems non niues, non longitudo itineris, non asperitas viarum, non sumtus immensi, non proprii status discrimen, non senectus, non morbus ingrauescens ab hoc negocio retardauit, qui vt Rempublicam christianam tueatur, defendat, custodiat, incolumen conseruet, si centum annos haberet, omnes ad hanc rem intenderet, cui populi sui salus dulcior, quique propterea & fuit semper & est, eoque huic rei inheret animo, vt de vita pocius decedere quam de sentencia malit.

Ille

Ille inquam possit sua diuina sapiencia tantarum rerum necessitati consulere ac prouidere Imperatori Maiestati ac principibus vestris quid vltra faciendum sit si libuerit significare, quodsi per me antequam forte è prouincia decesserim aliud faciendum mandauit non recusabo, quo minus vel extremo spiritu si quam opem Reipubl. afferre possim, barbarorum furorem placarem, improbarem crudelitatem proditoris, scelus atque perfidiam meo unius queam sanguine saturare, modo ex hoc salutem populi Dei secuturam intelligerem.

*Finalis Recessus Oratorum Principum.*

PUtabamus grata per nos oblata extitisse cunctis diebus quibus illic morati sumus, presertim dummodo ad clare nostra consilia pandenda ad missionis vocem in loco habitacionis vestre pridie comparuimus accersiti. Itaque per vestram amplitudinem vt prefertur motum mencium nostrarum reseravimus nec quicquam quod conducere aut impedimento esse possit abscondimus, etiam abscondimus, etiam adeo quod R. P. V. hoc tempore nostram consultationem nostram consideracionem, no-

ſtramque familiarem auiſationem poſt plurima humaniſſima verba non adulando vobis, ſed plane dicendo laudauit & approbauit imo illam neceſſariam fore aſſeuerauit, atque pro ſua ſumma bonitate à nobis qui ſemper ſub potenti manu humiliare nos debemus ſi veſtris obiurgationibus contriſtati fuiſſemus veniam poſtulauit. Fecimus hoc bono zelo, non vt oratores Dominorum noſtrorum ſed tanquam priuate perſone non ut virum maximi conſilii inſtructum redderemus, quia non oportet ſolem illuſtrari facibus. Et pro deuocione noſtra, qua nobis vos pulſamur preſenti attendentes, quantum mutuus ceſarie Maieſtatis, Principum & membrorum ſuorum in Germania ad rem tam ſanctam conferet concurſus. Et quia dura ſit capitis in rebus altiſſimis ſeparatio à membris omnia cum conſilio agi debere, quodque ſanitas corporis in membra redundare habetur, & vnguentum deſcendens à capite extima veſtitus fimbria percipiet nam vna fides vna voluntas atq; ſpiritus vnus eſſe videtur & Romani Principis & Dominorum noſtrorum & circa ea que ad atterendam Thurci potenciam & chriſtiane religionis

gionis defensionem conduci posse videbatur per nos aperti sunt. Et optima voluntas Dominorum nostrorum, ad persecutionem tante rei clarissime innotuit. Unde audito nunc finali V. R. D. quoad presentem dietam conclusione ad resumendas oblaciones Dominorum nostrorum descendamus fatemur & dicimus, quod omnia & singula, que christianum exercitum contra Thurcum instructum facere poterunt, & ad ea que sunt christiane religionis ad tuitionem parati & promptissimi sunt conferre, quicquid eorum viribus & potencie à Deo donatum est. Domini nostri qui nos miserunt ordine forma & modis prout in superioribus oblacionibus & consultacionibus nostris plenissime habitum est. In rebus enim tam magnis nequaquam perfunctorie sed grauiter procedendum estimamus, huiusmodi eciam oblaciones repetitas esse volumus, tocies quocies fuerit oportunum. De his eciam que hoc in loco ventilata sunt & occurrerunt Dominos nostros pro posse nostro certos facere curabimus. Intencionis autem nostre non est eosdem ad alia obligatos facere, nisi ad illa, que obtulimus & in

pre-

presenciarum offerimus. Verum quia labor noster vt speramus ad prosecutionem eorum que pro parte inclitorum Dominorum nostrorum optima mente obtulimus ociosus esse non debeat, eosdem Dominos nostros personasque nostras recommendatos & recommendantes sanctissimo Domino nostro per V. R. P. humiliter postulamus & deprecamur. (*)

*Dietherus D. G. electus & confirmatus Mogunt. &c. ac Princeps Elector.*

Venerabilibus & egregiis Rectori doctoribus ac Magnificis alme Vniuers. Studii Lips. in Christo nobis dilectis.

AMicabili salutatione premissa, venerabiles ac egregii in Christo nobis dilecti. In rebus magnis consiliis magnis opus est. Non dubitamus, quin desiderium sanctissimi Domini nostri super exercitu contra Thurcum & Barbaros instruendo cum quibusdam imposicionibus & rebus aliis vobis insinuatum sit, propter quam rem ac certa gravamina nacionis nostre per

(*) Not. Quod Card. Nicenus dedit oratoribus Electorum benedictionem cum sinistra manu.

per ſedem Apoſtolicam illata retro actis diebus diuerſi conuentus ſeu diete in curia Imperiali & alibi ac noviſſime circa Dominicam Trinitatis proxime preteritam in civitate noſtra Magunt. celebrati exiſtunt, etiam per oratores, qui in predicto conventu Magunt. comparuerunt concorditer receptum eſt, quod certi Reges ac omnes & ſinguli Principes coelectores noſtri & nos necnon ceteri prelati & principes Eccleſiaſtici quam ſeculares nationis noſtre atque univerſitates in diem Sancti Michaelis proxime futuram in civitatem noſtram Maguntinenſem vel propria in perſona venire, aut in euitabili neceſſitate occupati mittere habeant ſuos oratores cum mandato pleniſſimo & ſuper quibusdam articulis in dicta dieta inter prefatos Oratores auiſatis & aliis neceſſariis pleniter inſtructos atque pertractandum & concludendum illic que ad ſalutem pacem & tranquillitatem ſiunt noſtre fidei & Reipublice Nos itaque gravati de premiſſis ſinceriſſimo affectu veſtras diſcretiones rogamus, quatenus ad conventum huiusmodi Maguntin. ad diem & locum predictos aliquos ex vobis viros graues, autoritate & doctri-

na preſtantes cum pleno mandato mittere velitis, ad audiendum omnia & ſingula, preſertim que anteactis diebus in prelibatis conventibus peracta & ventilata ſunt, nec non ad conſulendum tractandum, deliberandum & concludendum, quid deceat quidue expediat de & ſuper premisſis, & aliis quibus vnitas & caritas roboretur, & fiant que Deo grata, ac nacioni noſtre ſalutaria conſiſtant. Nos enim que altisſimus ſuggerere dignabitur, ad ea libenter conferemus. De veſtra voluntate, in reſcriptione noſtra edoceri cupientes. - Datum in caſtro noſtro *Gernsheim* die 24. Jun. 1461.

M CCCC LX. in Octobri in Wienna Auſtrie preſidente Card. Greco.

| Ambaſiatores Principum - - | Civitatum. |
| --- | --- |
| Mentz. | Regenſburgh. |
| Tryer. | Koſtenitz. |
| Paltzgrave. | Ravensburg. |
| Hertz. Burgunde. | Baſel. |
| Marggr. von Miſſen. | Nurenberg. |
| Hertzog von Brunswick. | Wyſenburg. |
| | Olmen. |
| Hertzog Lodewich. | Francfort. |

Her-

Hertzog Albrecht.
Marggr. zu Mantua.

Ambaſiatores Prr.

Marggr. Albrecht.
Grav. zu Wittenberg.
Grave zu Kuritz.
Marggr. zu Baden.
Rex Bohemie.
Marggr. Montisferr.

Der Prelaten.

Ertzbiſch. von Medeburg.
Ertzbiſch. zu Saltzburg.
zcu Wurtzburg.
zcu Augſpurg.
zcu Hildesheim.
zcu Regenſpurg.
zcu Paſſau.
zcu Citz.
zcu Kuz.
Friſingen.
Metz.
zcu Monſter.

Worms.
Rotenburg.

Ambaſ. civitatum.

Schwebiſchhall.
Wirsheim.
Dunckelſpiel.
Nordlingen.
Bopffingen.
Hagenau.
Colmar.
Wiſenburg.
Sletſtatt.
Oberehenheim.
Mulhuſen.
Keiſersberg.
Munſter im S. Georgenthal.
Roſsheim.
Lubeck.
Hamburg.
Roſtock.
Wiſsmer.
Stratzeburg.
Cameracum.
Goslar.
Erfort.

| | |
|---|---|
| Ertzbischoff zcu Cölln. | Werde. |
| Abt zu Folde. | Mulhusen in Duringen. |

*Responsio communitatum.*

ALlergnedigster Herr der Keiser, allerwerdigste Vater als Ew. Gn. die Richsstede habe uf diesen lobl. tag erfodert, begehrende zu wissen unser meinung deshalben, so sagen wir samentlichen also, wan unser Heil. Vater der Pabest Ew. K. M. Churf. fursten und Prelaten einen gemeinen thoch vornemen wider den Fiegant des cruces Christi, also widder den turcken, so wollen wir und unsere frunde uns in dem bewysen alse christenluden zusteit, dem allmechtigen Gott zu lob, der christenheit zu trost, und unserm allerheil. Vater dem Pabst und Ew. K. M. zu Eren und zcu willen. Noluerunt descendere ad speciem nec ad speciem nec ad ipsius responsi aliqualem declarationem qualiter quomode aut quantum.

Appel-

*Appellatio Norimberge interposita pro parte Principum Electorum contra Legatum sedis Apostolice ad Romanum Pontif. in generali Concilio presidentem.* 1460.

CUm dei perfecta sint opera, imperfectionemque non noverit diuina sapientia adeo quod racionabilis creatura ad imaginem & instar sui principii formata tantundem sue perfectioni sueque conseruationi innititur, ut quae obstant & illi adversantur subterfugere, & ad portum salutis sue confugere contendat, propter quod eciam iniuria lacessitis oppressis & se opprimi timentibus iuris vtriusque indulgencia prouocationis seu appellationis remedium salubriter dinoscitur fore permissum. Hinc est quod nos, animo & intencione prouocandi & appellandi, presencium serie dicimus fatemur & protestamur; Quanquam secundum ordinem sancte matris Eccles. sancte sedis Apostolice & uniuscuiusque summi Pontificis in illa sede tunc sedentis mandata & precepta honesta iusta & possibilia more fidelium christianorum Principum deuota mente suscepimus & inantea Deo duce illis colla nostra

ſubiicere, omneque ſtudium omnemque conatum ad defenſionem chriſtiane fidei conferre propoſuerimus, ſicuti proponimus, & praeſertim ad id, vt hoſtis ſeuiſſimi crucis Domini noſtri Jheſu Chriſti Machameti poteſtas conteratur, & ipſius temeritas contundatur, licet eciam in plerisque conventibus ob hanc rem celebratis & precipue in dieta Wyennenſi nouiſſime celebrata ibidem in atrio Imperiali coram Reuerendiſſimo in Chriſto patre Domino & amico noſtro Domino Beſſarione Epiſc. Tuſculano Card. Niceno & Apoſtolice ſed. Legato, necnon in preſencia S. C. M. vniuerſorumque conſpectu qui in prefata dieta comparuere per mandatorum & oratorum noſtrorum oblaciones integerrima & ſincera voluntas clare & potenter innotuerit, preſertim nos & quemlibet noſtrum, prout id unumquemque noſtrum concernere videtur iuxta ſortem, ordinationem atque modum, tam in dieta Franckfordenſi quam in dieta Mantuana auiſatos, & receptos, animum habere integerrimum ſpoſponderuntque nos tam ſancto operi quodque exercitus chriſtianus, ut verbis utamur que imperialibus inſeruntur apicibus

bus, fructuoſe laudabiliter & efficaciter reddatur inſtructus, pro viribus noſtris nequaquam defuturos quemadmodum in oblacionibus oratorum noſtrorum tunc illic comparencium vice & nomine noſtro factis, diſtinctius & plenius continetur. Preterea etſi ob id ut exercitus huiusmodi prout & in quantum nacionem noſtram concernere videtur omnino executioni demandaretur, impedientia & obſtantia queque tollerentur & prorſus inſtructus redderetur, de variis & diuturnis procellis, tempeſtatibus & tribulacionibus quibus utraque condicio tam Eccleſiaſtici quam ſecularis ſtatus in Rom. Imperio & precipue in nacione noſtra confracta iacet & indies conficitur, tum interfectorum manibus, tum predis, tum gladio, tum incendiis quibusue aliis innumeris tribulacionibus incommodetur, Imperialis magnitudo pro parte noſtra clare auiſata & inſtructa ſit, deincepsque cum praemiſſa obſtare videntur plurimum, quominus tanto operi commode & fructuoſe manus detur, ſue Maieſtati humiliter fuit ſupplicatum, quatenus pro gloria Dei omnipotentis pro tuicione ſacre fidei noſtre ad decorem S. R. I.

profectum & utilitatem nacionis nostre necnon ut nomen eius & memoria in eternum permaneret & scriberetur in generacione altera, ad superiores partes Imperii sui in locum competentem se conferre dignaretur ad tollendum & amputandum, schismata, diuisiones, guerras, lites & dissidia, aliaque dispendia, que proch dolor Rom. Imp. & nacioni nostre increuerunt, sibi locum vindicarunt, veluti vendicant usque in hodiernum diem, aget faceret prosequereturque, que paci & unitati conducunt, aliaque exequeretur, que christiana necessitudo, S. R. I. condicio, nacionis nostre utilitas atque profectus postulant & requirunt, & eius officio incumbere viderentur, ut hoc ordine atque pacto exercitus expedicior fiat, & hostis fidei nostre efficacius humilietur, fuissetque nunc eciam pro parte nostra oblatum & promissum, nos in personis nostris coram sua celsitudine hoc casu comparituros, & incunctanter que tam christiano operi conferri possent & eius persecucioni conducerent, nullatenus defuturos Attentoque ad illud multis respectibus & precipue secundum tenorem Auree Bulle idem Dominus noster Impera-

ra-

rator teſtatur, aſtrictus, & quemadmodum in tractatibus in Wyenna habitis pro parte noſtra plenius expreſſum eſt, que hoc in loco haberi volumus pro inſertis. Veruntamen cum praeter ſpem & vota noſtra tam ſancta exhortatio atque deuota ſupplicatio huiuscemodi locum exaudicionis habere nequiuerint, ſicut iſtis labor labiorum noſtrorum noſtrorumque oratorum fuſius cognoſcitur. Rurſus quanquam prefato Domino & amico noſtro Apoſtolice ſedis legato noſtra ſincera intencio atque deuocio qua huic rei afficimur, necnon quidquid conferre & obſtare poſſit pro parte noſtra per oratores noſtros clare & perſonaliter inſinuatum fuerit. Eratque tunc illi ſupplicatum quatenus cum noſtris oratoribus concurrere Imperiali dignitati perſuadere atque ipſam inducere vellet ut pro felici expeditione ac celeri executione huiusmodi chriſtiani exercitus properare dignaretur ad partes ſuperiores ſui Imperii velut ſupra habetur. Veruntamen idem Apoſtolice ſedis legatus noſcitur quomodo & ſpiritu id fecerit, cerimonia quadam contra dictos oratores noſtros fretus eſt, nos paruifaciendo, & noſtras oblaciones

ſinceras & deuotas, reiiciendo, increpando & iudicando, quorum ut verbis eis notamur eiusmodi noſtras oblaciones eſſe hominum renitencium & tergiuerſancium. Inſuper quanquam oratores noſtri neceſſarium vt exercitus ille inſtructus foret iudicabant, inaniter factum iactabatur, vitupe- rabatur quod laude dignum aeſtimabatur, obiurgabatur, principibus Germanie tanquam his qui poſt tergum current quorum priores & parentes neceſſitatibus ſancte Romane Eccleſ. nunquam defuerunt. Sugillabantur tanquam ludentes cum fide qui eius defenſioni donec ad ultimum vite nunquam defuturi ſunt. Succenſebatur in illos quaſi promiſſa violantes & ſua irrita facientes. Arguebantur prelati veluti diſſipatores & abutentes ſanguine Chriſti. Minabatur alium dandum eſſe ſaluatorem in confuſionem & exicium noſtrum ferebatur, quia alia que honori fame & glorie Principum Germanie plurimum contrariantur, in non modicum eorundem principum & nationis Germanice preiudicium, iacturam atque grauamen. Que ſi veritati ſubnixa forent, ſicuti non vera ſunt, eſſemus de ſorte gencium incredulorum, & fabula

& fabula & illuſio omnium que in circuitu noſtro ſunt, quod in diebus noſtris procul abeſſe debet & ut clarius innoteſcat Sanctum deſiderium & propoſitum, & quod non debeat retrocedere cor noſtrum oblaciones noſtras tunc ex puro corde emanatas, ſicut de hoc racionem facere deſtinamus coram Deo terribili, qui aufert ſpiritum Principum terribili apud omnes Reges terre. Illas nunc repetimus, & repetitas eſſe volumus, tociens, quotiens fuerit oportunum, adeo eciam, ut ſi aliquo pacto tante rei execucio non fieret, nichilominus curabimus omnem ſolicitudinem ad illud conferemus vt pax & tranquillitas nacioni detur, illeſaque conſeruetur, gloria minime mutiletur, & auferentur honor & decus pro quorum acquiſicione anteceſſores & parentes noſtri clare memorie ſanguinem ſuum fuderunt, & iuſticiam operati ſunt, denique his eciam incumbere intendimus, quibus proſperari ſpectatur chriſtiana religio, ac exercitus ille chriſtianus pro poſſe noſtro contra Turcos reddatur inſtructus & expeditus, ſpe firma freti, dum noſtra deuocio noſtraque diligencia & ſolicitudo ad aures peruenerit ſanctiſſi-

mi

mi Domini noſtri, ſacer cetus Reverendiſſimorum Dominorum noſtrorum, Cardinalium aliorum Regum & nacionum exterarum quod hi devocionem noſtram huiusmodi laude dignam commendabunt & gratificabunt. Preterea extat inter ſubditos noſtros tam eccleſiaſticos quam ſeculares frequens ſermo ut didicimus, ſi Dn. N. Imperat. ſe pro deſiderio Principum Electorum & aliorum ad locum competentem in Imperio ut prefertur conferre dignabitur, ad pertractanda ea, que ſunt ad proſecucionem prefati chriſtiani exercitus cum ſuis appendicis, ut ſi forte in hoc ipſo Rom. Princeps deficeret, nihilominus ſi nos Principes ex Germania ob hanc rem confluerem us, aut ſi ob generale conſilium inſtitueretur, & quidquam in locis ipſis pertractaretur, diffiniretur ſeu imponeretur ſaltem ipſi tam eccleſiaſticis quam ſecularibus Principibus noſtre dicionis poſſibile & portabile quod eſſet ad ſalutem publicam noſtre chriſtiane profeſſionis atque ad expedicionem chriſtiani proceſſus contra inimicum eius hoc pro deuocione ſua grate acceptarent & proſequerentur. Porro cum in Concilio Conſtantienſi inter alia ordina-

ordinatum fore dinoſcitur, ne ſummus Pontifex decimam imponat, niſi hoc faciat cum conſilio & conſenſu prelatorum & maioris partis in regnis vel Provinciis ubi decima venit imponenda. Pronunciauitque ſepenumero Apoſtolicus Legatus prefatus, ſe plena à Sanctiſſ. Domino noſtro fulcitum auctoritate & facultate decimam viceſimam atque trigeſimam per plures annos in nacione noſtra imponendi ſicque praeſumendi & formidandi, quod non obſtantibus legitimis & ſufficientibus oblacionibus noſtris & noſtrorum idem Apoſtolicus Legatus aut ſanctiſſimus Dominus noſter, contra huiusmodi noſtra oblata petita & deſiderata, contra ordinationem Synodalem, necnon irrequiſito conſilio & conſenſu tam noſtrorum quam aliorum quorum intereſt, & nobis & nacioni noſtre in iacturam & grauamen ad huiusmodi impoſicionem proceſſerint aut procedant. Hinc eſt, ſi & in quantum contra ſinceram noſtram intencionem contra ordinaciones prefatas contra ordinationem Eccleſ. S. Dei in prefato Concilio Conſtant. quispiam per quemcunque vel quoscunque cuiuscunque eminencie ſtatus vel con-

conditionis is fuit vel fuerit attemptatum foret attempteturue, vel inantea attemptari contigerit, vel per Processus penales, censuram Ecclesiasticam vel Bannum Imperiale siue per Imposicionem decime vicesime aut tricesime ut prefertur vel alio modo eciam in via facti hoc esse grauamen edicere grauamur cui nec nos nec nostri vtriusque status homines minime parere aut satisfacere possemus. Attento potissimum, quod cum per amplissimas & repetitas & variis respectibus concessas indulgencias quibus piarum mencium eraria evacuata sunt, tum per excessivam solucionem annatarum, quarum gracia Ecclesie vel feneratoribus despendiose dedite, aut ferme funditus confecte iacent, tum variis aliis gravaminibus, vtpote per rapinas predas incendia & innumeras alias illecebras factiones, que quod dolentes referimus adeo turbabant sicut hodie non cessant turbare Germanicas res, difformare faciem Reipubl. Rom. Imperii, & nacionis nostre, adeo gravatus adeo exhaustus & exinanitus est, vterque status, ut illi omnia ea gravamina & Sarcinam huiusmodi acceptandi & ferendi omnino deest

fa-

facultas atque poteſtas. Hac occaſione ab his impoſicionibus & gravaminibus iam factis ſeu latis, faciendis vel inferendis comminatis vel comminandis inantea, necnon ab omnibus exinde vel eorum occaſione aut praetextu ſecutis vel ſecuturis, quocum vel quibuscum nominibus cenſeantur, nullo dempto provocandum duximus & preſencium ſerie meliore modo, via, Jure & cauſa quibus melius poſſumus & debemus, per nos pro ſubditis noſtris tam Ecclefiaſticis quam ſecularibus nobis accedentibus nobis adherentibus, vel adherere volentibus nunc vel in futurum omnibus & ſingulis provocamus & appellamus ad ſanct. D. N. Papam Pium ad ſanctam ſedem Apoſtolicam, aut ad illum vel ad illos ad quem vel ad quos de Jure fuerit appellandum vel ad Rom. Pontificem, qui in Concilio generali ſeu ycumenico vel iam inſtituto vel inſtituendo in proximo preſidenciam habeat vel habiturus eſt, preſertim ad inſtituendum eundem Rom. Pontificem de pia noſtra intencione, ſupplici oblatione, ac aliis his connexis plenius atque forſan hactenus inſtructus ſit cuius rei gracia hortamur rogamus & requirimus

primo

primo ſecundo & tercio inſtanter inſtancius & inſtantisſime apoſtolos ſeu literas teſtimoniales nobis dari ſeu fieri à vobis Notariis Publicis ab omnibusque aliis qui id facere habeant poſſint aut debeant ſubiicientes nos omnes & ſingulos nobis ſubiectos accedentes & adherentes ſiue nobiscum concurrentes, res & cuncta bona noſtra ut prehabetur fiducialiter ſancte ſedi Apoſtolice ac ſanctiſſimo Domino noſtro ac Rom. Pont. in Concilio generali vt prefertur preſidenti, vel ipſius concilii fideli tuicioni protectioni & defenſioni proteſtamur eciam de Jusjurando & proſequendo appellacionem huiusmodi tempore & loco oportunis. Saluo Jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi emendandi preſentem appellacionem & aliis remediis Juris ſemper nobis ſaluis. Requirentes à vobis Notariis. &c.

Anno Domini 1460. ac menſe Octobri. Novembri. in Wyenna in Auſtria in Almania. Reſponſio Card. Niceni ad Oratores Electorum R. Imperii. Ubi Beſſarion admonet Status Imperii vt promiſſorum ſuorum memores ſint, de Georgio Rege Bohemiae optima quaeuis depraedicatur

tur, Hungarorum laudes canit, Papae ſolicitudinem pro chriſtiana re ſummis effert laudibus aliaque in rem ſuam ſatis eleganter perorat. ( VII. foliorum.)

Monitorium Pii Pape contra Sigismundum Ducem Auſtrie & Comitem Tirolis anno 1460. de 14. Kal. Julii. Vbi Dux enarratis ab eo perpetratis factis in Dioeceſi Trident. necnon captiuit. Card. de Cuſa citatur ad primam diem menſis Auguſti proxime futuram, factum ſuum vt ibi iuſtum demonſtret ſeque excuſet.

*In Dieta Ratispon. a. D. 147[illegible] ad d. S. Georgii Martio indicta ſunt.*

Vnſem hilligen Vader dem Pawes unde dem Konige von Vngarn is Bodeſchap geſandt.

| *Ertzebiſcope.* | *Biſſcope.* |
| --- | --- |
| Mentz. | Chur |
| Trier. | Coſtennitz. |
| Magdeborch. | Baſel. |
| Saltzburg. | Straſeborch. |
| Bremen. | Spir. |
| Biſunt. | Wormtz. |
| Côllen. | Ausborch. |

Wertzeborck.
Bamberg.
Eyſtat.
Freſinck.
Regenſburch.
Paſſau.
Trent.
Brixen.
Metz.
Luttich.
Monſter.
Verden.
Tuln.
Vtrecht.
Oſſenbrugge.
Mynden.
Camerach.
Lubeck.
Brandenburg.
Schleſewig.
Havelsberg.
Nuenborg.
Meyſen.
Raſeborch.
Halberſtat.
Hildenſem.
Merſeborg.

Swerin.
Camin.
Odenſee.
Lebus.
Paderborne.

*Abbete und Proveſte.*

Fult.
Kempnitz.
Sant Gallen.
Rigenaw.
Proveſt to Elbangen.
Mulbronne.
Ditherus van Iſenborch.
Abbet in Hertvelt.
Abbet to Bomgart.
Abbet to Salmanſwilen.

*Wertlicken Vorſten.*

Hertoge to Bergonien.
Segemond Hertoge in Oſterrick.
Hinrich, Otto — Hertogen to Brunswick vnd Luneborg.
Wil-

Wilhelm de Alde vnd iunge. Frederich Ernst. Albrecht. Wilhelm. } Hertogen to Sassen.

Phillip. Lodewich. Otto. Albrecht. Frederich Here in Spanh. } Hertogen in Beyern.

Albrecht. Frederich } Marggrave to Brandenborg.

Johan Hertzoge zu Calober vnd ze Lotteringen.

Henrichen vnd Magnus vnd Johannesen Hertogen to Meckelenburg.

Erick und Wersloff. Hertzogen to Wolgast vnd to Batt.

Johans Hertoge to Cleve.

Johan Hertege to Lewenborch.

Gerhard Hertoge to Gulick to Cleve vnd to Berge.

N. Hertegen te Saphoien.

Karlus Marckgrave to Baden.

Lodewich Hinrich } Landgr. to Hessen.

*Vorstgraven.*

Lenart Gr. to Gortz.

Wilhelm Gr. zu Hennenberg.

Georgius Adolphus } Gr. zu Anhalt.

*Graven.*

Ulrich Eberhart } to Wirtenberg.

Rudolphus Marrgr. to Hochberch vnd Herre to Rotelen.

Philippus Gr. tho Catzenelnbogen.

Hermeſen, Johanſen, Philippus, Johannſen } Gr. zu Naſſau.

Otto, Ove } Gr. tho Solms.

Gerhart Gr. tho Sein.

N. Grave tho Newenar.

Reinhart, Emmichen, Dieterich. } Gr. to Leininingen.

Frederich, Otto } Gr. to Hennenberg.

Frederich Gr. to Zweybrück vnd Herr to Bitſch.

Bernhart, Johannes } Gr. to Eberſtayn

Jacobus, Nicolaus } Gr. zu Mörſe.

Philipp alder. Philipp junger. } Gr. zu Hane.

Oſwalt Gr. zu Tierſtain.

Conrat Gr. zu Tuwingen.

Lodewich von Iſenburch Gr. zu Büdingen.

Gr. zu Runckel.

Gerard Herre zu der Lippe.

Eberhart Herre to Kunſteyn.

Lodewich, Hinrich, Conrad, Egen } Gr. to Furſtenberch.

Zegemund, Johanſen } Gr. ze Lupff.

Georgius, Wilhelmus } G. zu Sarganz

Lo-

Lodewich
Frederich } Gr. zu Helfe-ſtein.

Conrad
Vlrich
Lodewich } Gr. zu Ottinck.

Gunter Gr. zu Manſ-velt.

Johans
Jacob } Gr. zu Salm.

Gunter Gr. zu Mu-lingen vnd Herr zu Barbey.

Hinrich Gr. to Schwartzeborch.

Hinrich Gr. zu Stal-berch, Herre to Querfort.

Segemund
Kuſten
Eriken
Karlen } Gr. zu Geli-chen.

Grave zu Bichelingen

Gr. zu Reinſteyn.

Craften
Albrech-ten } Gr. zu Hohen-loe.

Otten Gr. zu Teck-lenburg.

Friederich zu Man-derſcheid Gr. zu Blanckenſteyn.

Eberhart Gr. zu Kirchburck.

Johan
Wilhelm } Gr. zu Wert-haine.

Gorian
Albrecht } Herre zu Limburch

Philip vnd andere zu Erpach.

Hovetman und ge-meyne Geſelcap der Vereinigung mit S. Gorians Schild zu Hegau desgl. an der Tunau.

| *Stedte.* | *Stedte.* |
| --- | --- |
| Dortmunde. | Kauffbeyern. |
| Achen. | Ravensporg. |
| Collen. | Uberlinck. |
| Trier. | Landow. |
| Worms. | Wangen. |
| Speyer. | Isyn. |
| Strazeborch. | Phullendorff. |
| Basel. | Rotenburg. |
| Regensburch. | Winsheim. |
| Ausburch. | Wissenburg. |
| Constantz. | Dunckelspuk. |
| Passau. | Swinfort. |
| Brunsewick. | Werde. |
| Lubeck. | Alen. |
| Franckfort. | Giengen. |
| Erfort. | Poppingen. |
| Nurenberch. | Buchorn. |
| Vlm. | Weil. |
| Memmingen. | Schewich Halk. |
| Rotwik. | Heilprunn. |
| Nortlingen. | Wimpffen. |
| Eslingen. | Offenburg. |
| Gemund. | Gengenbach. |
| Bibrach. | Zelle in Ham. |
| Reitlingen. | Merspath. |
| Kenpten. | Wetzflar. |

Frit-

*Stedte.*

Fritwerg.
Geilhauſen.
Hagenow.
Colmar.
Sletſtatt.
Weiſſenborch.
Keyſersperg.
Molhuſen.
Oberehenhein.
Roſsheym.
Turickem.
Monſteren im S. Georgenthal.
Gripeſwalt.
Stralſund.
Wiſmer.
Roſtock.
Lunenborg.
Hamborch.
Bremen.
Staden.
Hildenſem.
Hannaver.
Hameln.
Gottingen.
Enbecke.

*Stedte.*

Ganderſem.
Magdeborch.
Halberſtatt.
Gosler.
Halle in Saſſen.
Soltwedel.
Stendel.
Stetyn.
Aſcherslewe.
Quedelenborg.
Soſt.
Molhuſen.
Northuſen.
BurgermeiſterSchultheiſſenLandAmtman Rat und Stede der Stad und Landes Zurich Bern Friburg Schafthuſen.S.Gallen Ure SchweitzUnderwalden, zu Glarus, Apentzel und iren Bundgenoſſen genemen und Genoſſenſchafften.

*Sequitur litera convocacionis Dn. Imp. Friderici tercii &c.*

## Fridericus.

HOchgeborn lieber Oheym und Fürst wiewol bisher zu widerstandt des Türcken etwa viel und menich tag gehalten vnd furnem bescheen sin, ist doch in fruchtberlichen Nutz nichts erschossen. So sy nu als offenbar und witlich land und stet erobert vnd so weit gewachsen haben dass daraus christenlichen gelauben seer angriff und verletzung zusthen mag als sy dan tegelich in uebung steen mit yr beschedigung teutsche land zu ergriffen. Wan wir dan alle als cristenmenschen ye Godes ere lob vnd christelichen glauben vor allen dingen zu retten vnd zu beschirmen schuldig vnd pflichtig sein, haben wir mit hilff unsers heil. Vaters des Paves Legaten dein vnd ander vnser vnd des Reichs Fursten Graven Herren vnd stete ein tag tegen Regensburch nomentlich auf den schirst kunfftigen S. Gorgii tag zu halten vnd vns daselbst hin in eigener person darauf dann vor mannichmal wegir vnd Ratschleg bescheen sint zu fugen vorgenominen vnd gesatzt. Solichs verbin-

dich

den wir dein lieb, ervordern vnd ermanen dich auf die pflicht die du dem allmechtigen Gott chriſtelichen glauben vnd als Römiſchen König vns ſchuldig vnd pflichtig biſt, ernſtlichen gebietende, das du dich zu dem obgenanten Tag gen Rensburch auch in aigener perſon onentzichen fugeſt alsdan auf nechſtgehaltenen tag zu Nurnberch von gemeiner verſamlung zuſagen und verbilligung beſchehen iſt, vnd vns dan mit ſamt vnſers heiligen vaters des Pabſts Legaten vnd andern vnſern vnd des Reichs Furſten Graven Herrn vnd der ſtet ſentboten den vorgemelten feinden zu widerſten ratſchleg fürnemen vnd beſchlieſſung geben helpet die als wir hopen zu troſtlichem Nutz vnd fruchtbringen kommen ſollen. Darumb wolleſt nicht auſſenbleiben vnd dich hierinn gehorſamlich ertzeigen als du wie vorgemelt iſt ſchuldig biſt. Daran tuſt du vnſer ernſtlich meynung vnd gut gevallen gnediglich gegen dein lieb erkennen Geben zu *Gretz* auff Samtztag nach dem heil. Weichnachttag anno Domini M CCCC LXXI vnſers keiſerthums im XIX. Jar.

Appellatio Sigismundi Ducis Auſtriæ à Papa ad concilium futurum 1460. menſe Auguſti.

Huic appellationi adheſerunt Veneti, Dux Mediolanenſis, Rex Francie AEpiſcopi Moguntinus, Colonienſis & Treuirenſis Dux Albertus Auſtrie Dux Lodewicus Bavarie & plures alii.

Enarrat Dux quae Jura ſibi competant vt Aduocato & Protectori in Epiſc. Brixinenſ. quid contra hæc à Cuſano attentatum, & denique quomodo ipſe ſuis Juribus conſuluerit, poſt multa reconciliationis cauſa in irritum tentata, quid à Cuſano promisſum, quid Papa contra fecerit, Jus ipſi negans, adeo ut cogatur ad Papam melius informandum à male informato appellare ad futurum Pontificem, item ad Concil. generale.

Appellatio poſtrema Ducis Sigismundi ad Papam melius informandum à Papa non recte informato de 1460. de menſe Julii.

Proceſſus Pii Pape contra Gregorium Heimburg Doctorem cIↄ cccc LX.

Appellatio Doctoris Gregorii Heimburg contra Proceſſus Pii Pape 2di.

Tr.

Tr. de Annatis non exigendis vel per Papam vel per Epiſcopos.

*Acta quedam Diete M CCCC LXI. circa feſtum Pentecoſtes in Maguncia per Ambaſiatores Principum Electorum celebrate.*

Oratores Sanctiſſimi Domini N. Pape in dieta Moguntina poſt eorum propoſicionem fuerunt requiſiti per Dominum Moguntinum & alios ibidem in Dieta exiſtentes vt eorum propoſitionem & excuſationem in ſcriptis eis darent, vt ipſi cum ceteris eorum coelectoribus melius ſingula intelligere poſſent, ſingulisque prouidere. Quod & fecerunt, & certa ſcripta que ſaltem ſummarie poſita ſunt eis dederunt, ſub forma que ſequitur.

Primus punctus fuit de Annatis vacancium Eccleſiarum quas Prelati dicunt non eſſe debitas Eccleſie Romane, niſi vel conſuetudine vel pietate quadam ac humanitate prelatorum, quas eciam Concilium Baſileenſe ſuſtulit, & eciam deinceps prohibuit, nunc autem plus ſolito & ſupra veteres taxas & contra concordata nacionis cum ſede Apoſtolica exigantur in magnum Eccleſ. praeiudicium & grauamen.

Secundus punctus quod Sanctiſſimus Do-

Dominus noſter per conſtitutionem quam Mantue dedit prohibens, ne quis ad futurum concilium audeat appellare, nimium grauauerit nationem Germanicam eo quod ſit quod ipſi aiunt contra decreta Concil. Conſt. & Baſilien. que dudum per nacionem iſtam acceptata ſunt.

Tertius de querela & proceſſu contra Doctorem Hemburg. (*)

Quartus de Proceſſu contra Ducem Sigismundum.

Quintus de decimis dandis & Turcis exterminandis.

Sequitur Oratio VII. foliorum Legati Papae, ubi is Jura Domini ſui defendere nititur.

Tercia Appellatio Sigismundi Ducis Auſtrie ad futurum Papam, futurum Concilium 1461. 16. Marcii.

Citatio in cauſa hereſis Ducis Auſtrie Sigismundi & adherencium in propriis perſonis per Pium II. 1460. 4. Non. Febr.

*Appellacio Domini Dytheri AEpiſc. Moguntini electi & confirmati ad concilium à Papa Pio in cauſa Annate.*

In

(*) Gregorius bannitus quia confecerat Appellat. pro Duce Sigismundo.

In nomine Domini Amen &c. Dicimus & proponimus, quod ſi forte conſuetudo introduxit, aut fortaſſe pietas & humanitas prelatorum admiſit, quod ſedi Apoſtolice aut eius Camere ab electis pro tempore dum Electionum ſuarum Confirmationem ab ipſa ſede recipiunt, certas pecuniarum ſummas Annate nomine perſolverunt, nosque Dytherus ad Eccleſ. Magunt. per obitum quondam Theoderici ipſius Eccleſ. AEpiſc. nouiſſime vacantem puris electorum mentibus, ſincero omnium ſtudio electi ad miniſtrum ipſius Eccleſ. iuxta eiusdem Eccleſ. conſuetudinem recepimus, oratores noſtros debito mandato ſuffultos ad ſanctitatem Domini noſtri Pape Pii transmittendo qui confirmacionem Juris noſtri humiliter poſtularent, ipſe vero ſanctiſſimus Dominus noſter ab illis poſtularet, quatenus ſe nomine noſtro obligarent, *ne futuro Concilio daremus operam, neue Principes Germanice nationis conuocaremus.* Ipſi vero oratores noſtri huiusmodi deſideriis obtemperare noluerunt, tum quia Pontificis officium eſt ad ſacrum concilium venire cum vocatur, tum quia Archi-Cancellariatus noſtri debitum eſt,

Prin-

Principes Imperii ſub Archi-Cancellariatu noſtro morantes, dum opus eſt convocare. Nosque ſub iureiurando religionis Eccleſie noſtre Mogunt. honorem Jus & priuilegium ſeruare tenemur. Ipſe Rom. Pont. Oratores noſtros à ſe dimiſit inacte, nos & Eccleſ. noſtram per denegationem Juris noſtri abſque cauſa pregrauando. Nos tamen grauamen huiusmodi pacienter ſuſtinentes, infra paucos menſes rurſus miſimus ad ſedem ſuam deputatos, quatenus electionem noſtram canonicam paterne confirmare dignaretur, & idcirco ſanctitas ſua electionem noſtram obmiſſis adiectionibus ſupradictis duxerit confirmandam. Cum autem Oratores noſtri antequam ad cameram Apoſtolicam perueniſſent litteras noſtras atque efficacem obligationem facere cogebantur pro Annata ipſi camere perſoluenda. Qua preſtita & recepta illico eis nuncupata eſt quedam pecuniarum ſumma grauiſſima ſcilicet xx. M. vc. & I. floren. Renenſ. Obſtupuerunt Oratores noſtri, nec tamen aliter literas extrahere potuerunt, niſi in illa obligatione perſiſterent. Cumque de graui taxa conquererentur, nihil aliud ſuper erat quam

quam camere ipſi Apoſtolice de taxa expreſſata, ſubordinatis eciam numulariis campſoribus vel mercatoribus appellatis, qui obligationem reſpectu Camere Apoſtolice in ſe recepit, & à noſtris Oratoribus nedum noſtro vni eciam ipſorum propriis nominibus obligacionem ſeu cautionem accepit. Et ita Oratores noſtri vná cum literis Confirmationis & ceteris que ad conſecrationem obtinendam requiruntur à Romana curia dimiſſi ſunt. Nos uero admirati, cur tanta ſumma à nobis exigeretur, cum tamen à predeceſſoribus noſtris longe minor fuerit perſoluta, ſciſcitati ſumus, quenam vera taxa eſſet ab Eccleſ. Magunt. Camere Apoſt. debita. Cum vero in huiusmodi inueſtigacione fluctuaremus ambigue nonnihil, certe ſummam pecuniarum perſoluimus, ut jam putaremus illi ſumme ſatis appropinquaſſe, que à predeceſſore noſtro tempore ſue confirmationis fuit perſoluta. Obtulimus ergo & nunc offerimus talem ſummam qualem predeceſſor noſter expoſuit, ſeu que de Jure vel antiqua conſuetudine ipſi Camere Apoſtolice ab Eccleſ. noſtra debita eſſet. Papa vero his non contentus, pro-

ceſſus

cessus penales contra nos & Oratores nostros supradictos dicitur instituisse aut comminatur instituere velle. ( Nobis vero allegantibus, quod ad solutionem promissio à nobis & à nostris extorta est, & error factus qui nos merito excusat, cum non nostra ex culpa sed gencium pocius camere processit ex astucia. Responsum est nobis, iam non agere contra nos Romanum Pontif. & Collegium Cardinal. sed mercatores illos qui se debitores pro nobis constituerunt, quibus & nos de sua cauimus indempnitate. Ideo si camera nos grauasset, nihilominus mercatoribus illis indemnitatem promissam exsequi teneamur, Quod & nos profecto iustum censeremus, nisi collusio expressa sufficienter mercatoribus ipsis obstaret qui agentibus Camere subordinati & submissi machinationis huiusmodi non erant inscii. Quod eciam ex hoc fonte clarius deprehenditur, quod cum mercatores ipsi pecuniam constitutam Dominis Cardinalibus exsoluerunt, ipsi sibi cauerunt, quod si pecunia illa ipsis mercatoribus per nos soluta non fuerit, mercatoribus ipsis à Dominis Cardinalibus persoluetur, prout ipsorum Card. litteris ad nos

missis

miſſis clare edocti ſumus. Propter quod omnes exceptiones & obiectiones, nobis contra Cameram Apoſtolicam competentes, contra mercatores ipſos iuſta racione ſalue manerent, quia interceſſor vel interventor pecunie cum principali creditore in preiudicium debitoris pro quo interceſſit tractare non debet. Et idcirco tam ſanctiſſimo Domino noſtro quam Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus ac concurrentibus utriusque Camere Apoſtolice & Cardinalium atque eciam mercatoribus ſubordinatis, Reſponſum offerimus, ſpontaneam ſolutionem tante ſumme quanta ab immediato predeceſſore noſtro pro confirmatione ſua perſoluta eſt, aut quanta ſumma ſecundum veram taxam perſoluenda eſt. Quam obligationem ſi Sanctiſſimus Dominus noſter, Reuerendiſſimi Domini Cardinales concurrentes camere aut mercatorum ſubmiſſus aut ſubordinatus repudiauerint, & in illa immoderata exactione perſtiterint, nos profecto Ecclesiamque noſtram indubie gravant, à quo quidem grauamine & ab omnibus aliis grauaminibus nobis & Ecclesie noſtre illatis vel inferendis ad futurum generale Concilium

lium in his ſcriptis provocamus vel appellamus, quod ex forma vel ordine magni Concilii Conſtantienſis in ſacro Baſileenſi Concilio confirmatis & per ipſum Eugenium acceptum & recognitis de decennio in decennium haberi celebrari, & nunc tempus & rerum conditio interpellat, cum ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum propter participationem ſuſpitionis appellare non valeamus. Niſi Sanctiſſimus Dominus noſter arbitrio boni viri iudicaturum ſe adſtringere velit. Quo caſu ad ipſum appellamus, ut cauſam in iſtis partibus prelato non ſuſpecto deleget. Alioqui ad Romanum Pontificem ſucceſſorem ſuum appellamus, qui de geſtis anteceſſoris ſui de Jure habet cognoſcere. Subjicientes nos Eccleſiamque noſtram cum omnibus adherentibus & fauentibus huic appellationi noſtre tuitioni & protectioni ſacri Concilii futuri Apoſtolosque petimus primo ſecundo & tertio inſtanter inſtancius & inſtantisſime ſi quis ſit qui dare poſſit aut velit. Et à te notario publico teſtimonialem proteſtationem de metu nunc coram facimus juxta formam Juris, quo ceſſante appellacionem preſentem inſinuabimus, &

pro-

Proſequemur tempore oportuno cum facultas dabitur ſaluo Jure addendi &c.

*Ex concordatis Principum.*

Pii II. priuatio Dytheri electi & confirmati Metropolitanae Maguntinenſ. anno 1461. ubi ipſe Symoniace electum dicit ideoque deponendum, ſecundam cauſam allegat quod ad Concil. Mantuanum vocatus non venerit, tertiam quod Germanos annatas exercitum decimasque denegare diſpoſuerit quarto quod non ſoluerit mercatoribus ſua quinto quod à Synodo Mantuana appellauerit, &c.

Prouiſio facta Adolpho de Naſſau de Eccleſ. Mogunt. per Dominum Papam Pium Anno 1461.

Duci Saxoniæ.

Cleri toti Eccleſ. Moguntinenſ.

Litera Adolphi de Naſſau electi & confirmati in AEpiſc. Mogunt. qua obedienciam imperat ſuis ſubditis dat. Laneck. 15. Octobr. 1461.

Litera eiusd. ad vniuerſitatem Liptzk Domin. Reminiſcere 1462.

Copia literarum ad vniuersitatem studii Erfort destinatarum Confluent. 24. Febr.

Excommunicatio, aggrauatio regrauatio & maledictio Dytheri de Isenburch & suorum adherencium Pii Papae IIdi 1462.

Appellatio Domini Dytheri Mogunt. Archiepiscop. Eccles. electi & confirmati à Papa male informato ad verius informandum, in causa sue priuacionis 1461. vltima mensis Septembris.

Gregorii de Heimburg oratio contra Nicol. de Cusa IX. foliorum.

*Concilium Episcoporum Prelatorum Abbatum & Doctorum Dominis Principibus Ducibus Sax. in Coburch datum & in dieta Norimb. 1444. mens. Sept.*

AD peticionem & requisicionem Illustrium Principum Dominorum Ducum Sax. per organum venerabilis Domini Johannis &c. à Reuerend. in Christo fratribus Dominis Misn. Mers. & Naumburg. Episcopis & venerabilibus Doctoribus & Prelatis in Koburg congregatis. Quod predictis Dominis Principibus in re

re tam ardua ſciſſure ac diſſenſionis ſanctе matris Eccleſ. ſit agendum, ſic quod predicti Domini & Principes ut principes chriſtiani & fidei orthodoxe zelatores ſine nota queant permanere viamque iuſtiorem racionabiliorem & ſaniorem valeant in predicta diſſenſ. periculoſa racionabilius amplecti premiſſi reuerendi Patres Prelati & Doctores, omiſſis rationibus & cauillationibus pro utraque parcium contendencium adduci valentibus. Conſulant inprimis quod videtur via magis tuta & ſalubrior, quod quanquam fiet ipſa reuera firmaque maneat concordia cum Illuſtriſſimo Principe Rom. Reg. & ſacri Rom. Imp. Electoribus ceteriſque Principibus utriusque Status Germ. nacionis in qua quidem concordia ipſi partes ſuas curent vna cum aliis principibus, vel ſi fieri id non poteſt, ipſi ſoli & per ſe apud Illuſtriſſimum Principem Rom. Reg. &c. Principesque Electores ſagaciter & diligenter interponere ut Regia Maieſtas tanquam filius dilectus & maior ſancte matris Eccleſie eiusque ordinarius Advocatus totis niſibus concurrere dignetur matri ſue Eccleſie omnibusque conatibus laborare ut in loco aliquo

rebus gerendis accommodo congregetur & convocetur verum vtile & ycumenicum indubitatum Concilium ad eradicandum de eadem Ecclesia sanctissima tam periculosum, amouendumque vlcus his infaustis temporibus per vniuersum orbem proch dolor diffusum. Quod si forte ex causis seu impedimentis fieri non possit, quibuscunque causis siue resistenciis, Est predictorum Dominorum Episcoporum Prelatorum & Dominorum intencio, quod attentata *S. Concil. Basil.* legitima per duos summos Pontif. Martinum scil. & Eugenium institutione eiusque rite facta celebratione pariter ac continuatione. Eciam inclite memorie *Sigismundi* Imperatoris &c. demum *Alberti* Regis Rom. necnon & *Friderici* moderni Regis Rom. Zelo & deuocione Decretorum receptione, deorumque usque ad punctum suspensionis & deposicionis *Eugenii* Pape approbationem *predicti Domini Saxonie Duces predicto Concil. Basil. roboraliter valeant adherere* quousque suspensionis & deposicionis predictarum materia que à multis in dubio ponitur vtrum sit rite & legitime facta in predicto Concil. Basil. congregatis in eodem numerosiori

roſiori & maiori prelatorum & doctiſſimorum Virorum numero & preſencia aut in alio ycumenico vtili & indubitato Concil. per Illuſtr. R. Reg. & S. R. I. Principes Electores congregando finaliter & diffinitiue de iuſticia vnius aut vtrarumque parcium diffiniatur. In his ſignanter punctis in quibus tanta dubietas & ſcrupulus conſurrexerunt, prouiſo tamen quod id fiat de Domini noſtri Regis & aliorum Principum Electorum concordi vnanimique conſenſu. Quod ſi prenominati Rex & Principes in iſto decimo ſeptimo auiſamento ſeu Concluſione diſcreparent, alcius profundiusque concilium à prelatis vniuerſisque Doctoribus tocius Nat. Germ. videretur & videtur requirendum.

Reformatio Sereniſſ. Dn. Imp. Friderici 1467. de pace tenenda in Teutonia ad quinquennium ſub pena criminis leſe Maieſtatis. Geben zu der Neuenſtatt mit unſerm Keiſerl. anhangenden Inſiegel beſiegelt N. C. G. 1467. Germanice.

Excommunicatio Suſpenſio Jurisdict. & maledictio Dytheri Mogunt. Com. Pal. Rheni, Com. de Katzenelnbo-

gen, Lantgr. Hassie & plurimorum militum &c. VIII. foliorum per Pium Papam, publicata per alium quendam.

Excusatio Dyeteri electi & confirmati Moguntini & oblatio ad Jus reddendum coram electis Höste Dienstag nach Letare 1462.

Fridericus III. Arnoldum de Lo JCtum cum consilio Principum Comitum Baronum &c. Comitem Sacri Palatii creat 1462. Vienne 7. Octbr.

Pii II. Pape mandatum de decimis 1463.

Pius II. Spolia prelatorum & aliarum Eccles. personarum, intra tempus cruciate decedentium ad Cameram Apostolicam pertinere decernit pro eius subsidio. 1463.

Ej. Bulla Passagii 1463. de XX. mens. Novembr. de sumtibus vnius integri anni vel dimidii ad minus contra Turcos X. foliorum.

Bulla cruciate contra Turcos an. 1463. 4. Id. Novembr. pro commodissima sustentatione sumptuum ad integrum annum. IV. folior.

 Indul-

Indulgencie papales pro Vratislauiensibus ad 5. annos. 1461. Pius II.

Copia gracie seu indulgencie plenarie remissionis omnium peccatorum septennis per Eccles. Vratislau. 1463. Id.

Monitorium Friderici III. ad Lusatos & Slesitas contra Georgium Regem Bohemiae 1468. teutsch.

Theodori Lelii auditoris Apostolici contra blasphemias & appellationem Gregorii Hemborch Responsio s. defensio pro Primatu Pape. VIII. fol.

*Concepta in dieta Ratispon. Anno* 1471. *in dieta ad festum S. Gregorii & per Fridericum Imp. prorogata ad duos menses seu ad diem S. Viti, quia tunc Imp. intrauit ciuitatem Ratisponensem & ibi comparuerunt Principes Electores Spirituales & Seculares.*

1. PRologus ad superiora & quo fit exhortatio pro expeditione contra Turcos ad defendendum per Papam & Imp. & ciuitates Imp. vt sequitur.

2. Prohibentur lites & mandatur pax ſub penis legalibus & imperialibus expreſſis in Reform. Imp. pronunciata & publicata in civitate Franckfordenſi, ſed offenſus qualiscunque debet Jure mediante ſuam cauſam proſequi coram ſuis ſuperioribus.

3. Statuitur pena contra illos qui violatores pacis defendunt & iudices hoc non iudicantes, quia debet banniri, & in banno penali aggrauari, nec etiam ad conſilia nobilium admitti.

4. Qui teneantur proſequi raptores quia Principes, Prelati, Comites, Barones, milites, Nobiles & praeſidentes civitatibus hoc facere tenentur.

5. Quid Juris quando latrones & alii Chriſtianos perſequentes non apprehenduntur in forefacto, nam dictus modus perſequendi & capiendi raptores in locis ad que confugiunt. Quia caſtra & loca ad que raptores confugiunr debent deſtrui.

6. Poteſt Maieſtas Imperialis executores qui audire habent partes contendentes ut pax habeatur, & quomodo procedendum ſit contra eos qui nil Juris habent iuxta Reform. Imper. quod obediatur ſtri-

cte

&e executorialibus ad quod debent cooperari Forſten Prelaten, Graven, Herrn, Ritter, Knecht, Borgermeiſter, Raed, Communien ita quod inobedientes his executoribus non ſuſtineantur in terris & civitatibus Imperii.

Confirmatio per Juramentum Reform. Imp.

1 Secundum principale eſt de generali expeditione contra Turcam chriſtiani nominis chriſtianæ fidei inimicum ad quam expeditionem perficiendam operam dabunt iuxta ſuas facultates Principes Elect. principes ceteri non Electores, Domini Comites milites Nobiles & commun. Civitatum & villarum.

2. Omnes Prelati, Comites, Barones, milites, Vaſalli, Proconſules civitatum communia & alii ſubditi habentes annuos reditus, ſiue ad vitam ſ. ad receptionem ſ. in bonis hereditariis, debent, & quilibet horum dictorum, dare decimam ſuorum redituum ita ut quilibet det vel ordinet de M. florenis vnum armigerum ſeu equitem vnum, armatum ſeu duos honorabiles pedites contra Turcum ad vnum annum.

3. Item

3. Item mercatores & alii hoſpitia communia tenentes qui non habent reditus annuos tenebunt contra Turcum vnum equitem aut duos pedites iuxta proportionem ad M. florenos de quibus ſupra.

4. Manuales & artifices pro illorum laboribus contra Turcum quilibet dabit vnam quartam partem vnius floreni Renenſis.

Bulla aurea de Electione Regis Bohem. data à Friderico II. confirmata per Carolum IV. Prage 1348. 7. Id. Apr.

Epiſtolae de Bohemicis rebus tres.

Epiſtola Aen. Sylv. ad Frid. III.

Sereniſſ. Imp. Hac hora vel circa XVIII. ſacrum Collegium Dnn. Card. elegit nos concorditer in ſummum Pontificem. Hoc ſcribimus ad conſolationem veſtram, quia ſcimus, Maieſtatem veſtram nos amare. Recognoſcimus hunc honorem potiſſimum à veſtra Maieſtate poſt Deum & ſacrum Collegium proceſſiſſe, Deus nobis graciam concedat, vt bonitati veſtre erga nos oſtenſe dignas referre grates valeamus vt cupimus. Nos nunquam erimus

mus immemores receptorum beneficiorum. Sereniss. Augustam desideramus valere optime cum vestra mansuetudine datum Rome apud S. Petrum XX. Aug. Anno Domini M CCCC LVIII.

Eneas olim Card. Senen. manu propria.

Alia Epist. ad Imp. vbi haec latius deducta.

Commissio Pii II. contra fratres mendicantes ord. minorum 1460.

Declaratio Domini Pape prioris Commiss. quod Monast. Augustinorum in Strassdeburg 1461. 2. Jun.

Christiani Reg. Danie diffidatio Georgii Bohemi si Fridericum Brandeburg. inuadat. 1456.

Alia Epistola ad eund. qua praelium ab eo delatum non recusat.

Id. berichtet Marggr. Friderichen dass Georg ihm eine Schlacht in der mitte zwischen beyden reichen angebotten, giebet ihm vollmacht dessalben zu handeln. Gottorp. 1462.

Pii II. Commissio ad AEpisc. Magd. de Reform. fratrum minorum, & Annunciatio AEpiscopi ad Abbates.

Nouitates de regno Bohem. 1462. quod Rex

Rex. Boh. declarauit se S. Cœna vsurum sub vtraque, & ideo ei restiterit Legatus Apostolicus in faciem.

Responsio Regis Bohemie contra Reuocationem Compactatorum per Pium II. factam.

Taxationes literarum Apostolicarum se[c]kundum stilum curiæ.

Casus Papales.

Casus Episcopales.

De modis vacandi beneficiorum secundum stilum curie Romane.

Pii II. suspensio declarationis Kalisti Pape data fratribus conventualibus ord. Minorum 1458.

Erbeinigung zwischen Böhmen und Oesterreich czu Brien nach C. geb. 1463. an S. Scholastice-tag.

Baldewici *de Embecke* J. V. D. de his que impediunt tractari causas coram Archidiacono, & aliae quæstiones Juris.

Indulgencie papales Innocentii pro regia Luthera & Confirmationum recensio.

Tractatus Nicolai *Tympelfelt* Doct. Cracouiens. Canon. Vratislav. 1479.

con-

contra Georgium de Podiebrat aſſertum Regem Bohemie.

Rationes contra Electionem Georgii in Reg. Boh.

De hereticis & ſpecialiter de Zictzkone quondam R. Bohemie.

Arenga facta coram Papa per Legatos Slezie contra electum R. Boh. 1458.

Concordata inter R. Boh. & Vratislau. datum Prage 13. Januar. 1460.

Pius Papa monet Vratisl. vt ab armis contra Regem diſcedant 18. Aug. 1459.

Ej. Bulla ſuſpenſionis & prorogationis omagii Regi Boh. preſtandi Vratisl. 1462.

Ej. Bulla contra Georgium R. B. 1463. ad Sileſios qua eos concitat.

Citatio per Edictum Regis Bohemie 1462. ad Legatos Papae.

Pauli II. contra Georgium qua omnes à juramento ei praeſtito abſolvuntur Rome 1465. 6. Id. Dec.

Ej. Priuatio R. Bohemie & inhabilitatio ſuorum filiorum & abſolutio à iuramento 1466. 23. Decembr.

Inſinuatio priuationis R. Bohemie ad Epiſc.

Epiſc. in eodem regno cum executione ad prouincias vicinas 1466. 23. Januar.

Rudolphi Epiſcopi Lauantinenſis Commiſs. Apoſt. cruciata contra Bohemos. 1467.

Pauli II. Breue ad March. Albertum quo eum contra Boh. excitat.

Ej. Reſponſio ad Ludovici Ducis Bavarie interceſſionem pro Georgio 1465. 8. Id. Febr.

Ej. Bulla ad Epiſcopos & Barones regni Bòhemie. 1465.

Ej. Breue ad Regem Hungarie ne cum Bohemo communicet 1465. una cum literis reſponſ. quibus Papae promittit auxilium.

Rudolphi de Rudesheim Epiſ. Lauant. monitum de non adherendo Georgio ſub pœna Excommun. 1466.

Pauli II. Monitoria ad Ducem Saxon. qua eum in Georgium armat. & pro Henrico de Plauen intercedit.

Ej. Reſponſum ad litteras Regis Georgii medio Febr. 1466.

Ej. ad Henricum de Plauen qua ſe ap. Saxonem pro eo interceſſiſſe memorat.

Ej. plures

Ej. Plures ad Vratisl. March. Albertum Brand. & Episc. Eystet. necnon ad Ernestum Saxonem intercessoria pro Henr. à Plauen.

Pii II. citatio Georgii Regis 1464.

Pauli II. Bulla cruciate ad Rudolph. Episc. Lauant.

Ej. Secunda Commissio. 1467.

Informatio Juris & petitio porrecta ad Regem Hungar. ex parte Regis Bohemiae. VI. foliorum. dat. *Glatz* 1466. 18. Jul.

Appellatio Georgii à Paulo II. ad generale Concilium. Prage 1467. 14. August.

Responsio Pape ad preced. informationem Regi Hung. transmissam 4. foliorum.

Refutatio horum articulorum per Regem Bohemie ad Regem Polonie III. folior.

Citatio Rodolphi Lauantini ad Ernestum Elect. in causa Henrici à Plauen 1467. 24. Novembr.

Pontificis alia Bulla 1468. 20. Apr. qua monet omnes vt Georgio nec pareant nec adsint auxilio.

Rudolphi Lauantini publicatio indulgentiarum cruciate.

Juramentum R. Ungar. Bohemis praeſtitum.

Ej. Pauli II. Bulla de an. 1468. pro exſtirpatione hereſeos in Bohemia. Kal. Maji.

Ej. Litera penarum & Anathematum Georgii & filiorum, Johannis Rokiczanae & Gregorii Hemburc 1468. 18. Kal. Maji.

Legatorum per germaniam Hortamina contra Bohemos.

Reſponſum datum Epiſcopo Ferrarienſi Legato in dieta Ratispon. 1469. per Principes Electores & reliquos, R. Imperii 1469. Ratisponae. 2. fol.

Georgens Schreiben an den Ertzb. zu Magdeb. darinnen er ableinet was ihm Schuld gegeben, und ſich zu recht erbietet, dat. Prag. Kal. Januar. 1467.

Acta in Morauia inter Vngaros & Bohemos.

Legatorum R. Bohemie 1470. Allocutio ad Matthiam Hungarum.

Ej. Reſponſum datum in feria natiuitatis Marie. 1470.

De

De dicta celebrata in montibus Cuthnis à Catholicis Bohemis.
Varia de Electione Vladislai in regem Bohemie.
Petrus Eschenloer Protonotarius civitatis Vratislauiensis 1471. ubi inter alia, Sed magis referuntur ex dieta Ratisponensi, ex quo mercatores diuersas & admiracione dignas nouitates perscribunt, de alio & tercio Rege Bohem. eligendo nam neque Polonum neque Vngarum Regem Bohem. pati vult Synodus illa, debet enim esse supremus Elector imperii Rex Bohemie, imo ex consequenti non alius nacionis nisi theutonice.
Novitates de deliberationibus in Ratispon. ob dissidium de regno Bohemorum.
Pauli II Epistola ad Legatum suum, qua conqueritur de Rege Bohemiae ex Polonis quaerendo.
Legati Apostolici monitum ad Albertum Ducem Saxonie ne Georgium adiuvet ullatenus.
Responsio data venerabili & egregio Viro Dn. Benedicto Archidiac. Promer.

in Eccl. Vratislau, Oratori Sereniss. Dnn. Regum Polonie & Primogeniti sui super propositis alius per eundem ac literis de& super eadem materia transmissis.

Treuge annales inter 3. regna Hungarie Bohemie Polonie 1472.

Executio Dnn. Legatorum super Compactatis data Bohemis expedita in forma que sequitur. 1436.

Sessio XIII. XXX. XXXIII. Concil. Basileensis.

Responsio negatiua Sanctissimi ad Bohemos petentes Compactata confirmari. 1462.

De annatis sessio XXI. Basil.

Sessio XII. de confirm. Electionum.

*Diffidatio Vniuersit. Lipsiensis per sutores* 1471.

WYr nachgeschriben Lorentz Stoyck, Steffan Stoyck PeterStoyck gebrüdere, Peter Tyle, Mattis Smydt, und Valentin Smydt, thun kundt allen und iglichen *Studenten der Vniuersitet Liptzk* welches wesens sy sind, es seind Doctores, Licentiaten Meyster oder Baccalauri, sie sind geistl. odir

odir wertlichen iung oder alt, clein odir gros, das wir uwir fynde worden ſind und fynde ſyn wollen umb des willen das einer genant der lange Probiſt im V. L. Fr. Collegio wonende und klein Nickel in D. Smidebergers Burſin und Bacularius Schultz und einer genandt Groſſel wider gote Ere und recht in der Stadt gerichte Liptzk mit irer ſelbiſt gewalt und frevel odir homud der ober glemunt haben und wollin unſs hierumb nicht wandels pflegin. Sulchs wandels wir obgemelte unſs an allen den die do Studenten ſind iung oder alt erholen wollin, und wollin uns eins ſolchin an uch allen tzu den eren bewart haben. Gegeben unter dieſem Inſigel des wir uns tzumal gebrauchen im LXXI. Jar.

Kurfürſt Erneſti Befehl an die Landſtände die Schuſterknechte welche vorgenante Diffidation gethan gefenglich anzunehmen 1471.

Officialis Merſeburgenſis citatio praedictorum diffidantium.

Proceſſus contra eosdem ampliſſimus.

Gregorius de Hemburch obiit 1472. die - - - Augusti.

Novitates de Duce Burgundie eiusque gestis contra Gallos 1470.

*Depositio Wenceslai de Regno Roman. ac Ruperti Ducis Bauar. Electio sequitur.*

BOnifaeius Episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio *Ruperto* in Regem Rom. electo salutem & Apostol. benedictionem. Pater immense Maiestatis altissimus clementi prouidentia cuncta disponens totum orbem disposuit sub distinctione regnorum. Illumque consulte dirigi voluit & salubri regimine gubernari. Ne humanas creaturas que statum sui creatoris ymaginem & similitudinem represcntant tempestuose fluctuaciones mundi consumerent, vel eius quietis dulcedinem impedirent. Quinimo vt omnes sub Juris honestatis regula limitata vita pacificia viuerent & ab offensis alternorum abscederent ac naturali affectu factorem recognoscerent, congenitum colerent & venerarentur, imperio subiacerent. Demum vero post ipse ex alto prospiciens, plu-

plurima que ipſe creauerat dampnacionis ſentenciam incurriſſe Regem pacificum vnigenitum filium ſuum Jeſum Chriſtum miſericorditer in mundum pro ipſius redemcione populi deſtinauit, qui carne noſtre mortalitatis indutus populum eundem ab eterne mortis cruciatu eripuit, & ſanguine precioſo redemit. Nos igitur in hac terreſtri patria gerentes licet immeriti vices eius, leuamus vigiles more paſtoris tam corporeos quam mentales oculos, in circuitu viſuri quid gregi nobis commiſſo expediat, & quid operis impendi debeat circa ipſum, ut ipſius fulti preſidio cuius ſunt terre cardines, cui cogitationes hominum praeſentantur, qui actus mortalium ſuperat, qui infirmos robore potenter accingit, partes officii viriliter & ſalubriter exponimus, ad ea que fidelibus populis neceſſaria expedire viderimus, & nouerimus profutura. Sane dum felicis recordationis *Vrbanus* Papa ſextus immediatus predeceſſor noſter prouida meditacione conſiderans mundum poſitum peccatis exigentibus in maligno, & quod diſponente Domino cui obediunt vniuerſa Romana mater Eccleſia ſuper Reges & regna tanquam mater

omnium & magiſtra ſupremum optinet Principatum, vt per eius miniſterium regant ſalubriter Catholice fidei firmamentum per diuerſos nuncios atque repetitis vicibus paternis & accuratis affectibus excitauit kariſſimum in Chriſto filium *Wenceslaum* tunc Roman. Regem ut pro defenſione militantis Eccleſie ac honore & ſtatu Imperii ſacri prout exhibebat officium ad ſuſcipiendum Imperiale Dyadema ad Ytalie partes accederet. Et videns ad hoc eum nimia tepere deſidia, & eiusdem Imperii electores tanquam ipſius Imperii membra precipua ſepe monere interdum litteris nonnunquam vero nunciis ſpecialibus inſtantiſſime requiſiuit, ut prefatum Wenceslaum ad deſcendendum premiſſorum cauſa Italiam, oportunis modis atque remediis hortarentur & inſtanciis atque remediis debitis propulſarent. Dudum autem eodem Vrbano predeceſſore noſtro ſic Domino placuit ab hac luce ſubtracto, nos diuina fauente clemencia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumti maximo cum feruore flagrantes ad obuiandum iacturis & ſcandalis, que Romane Eccleſie noſtre ſponſe, & ipſi conſequenter imperio cerne-

ten, gethonen ufsſchreybens, vvo mir das zu ungelimpff geſtelt gnedeglich und fruntlich entſchuldigt zu haben, auch ſolichem keynen glauben zu geben, noch ſich vvider mich zu eynigen ongnaden vvidervvillen und ongunſt bevvegen laſſen, Sonder meyn handelung und fürnemen, gegen den von VVorms, für nottdringlich, von inen geurſacht gnediglich und gunſtlich, erkennen und ermeſſen, mir deſshalb gnedigſte, gnedige gunſtige, hern gutt freunde, und gunner ſeyn, und bleiben, Das vvil ich underthenglich, dienſtlich, freuntlich, und vvie ich ſoll ungeſpart leybs unn vermögens, alzeyt zu verthienen, vvillig erfunden vverden, Geben under meynem ufsgedruckten inſigel nach Chriſti unſers lieben hern geburt, Tauſent funff hundert und funffzehen Jare, dorſtags nechſt nach dem Sondag Exaudi.

# FASCICULUS VIII.

SIVE

# RICHARDI BARTHOLINI

DE

CONVENTU AUGUSTANO

NARRATIO

cIↄ Iↄ XVIII CONSCRIPTA.

*Conradus Adelman de Adelmansfelden Canonicus Augustensis Reuerendo ac praestantissimo Paulo de Oberstain, praeposito Vienensi Caesareo consiliario &c. Salutem.*

VIr ornatiſſime alter literatorum Mecoenas, Cum tanti conuentus celebritatem ætas noſtra Auguſtæ Vindelicorum uiderit, queri certe non immerito poteramus, ſi ea, vel ſcriptorum inertia: vel temporum auaritia qua omnes fere a ſtudiis deterremur, memoriae tradita non fuiſſet, & nimirum contigiſſet, niſi Ricchardus Bartholinus noſter, vir impenſa eruditione clariſſ. quotidianis a me precibus laceſſitus Diui Caeſ. ac principum noſtrorum memoriae conſu-

luiſſet, aggreſſus eſt ergo hunc conventum conciſe tamen, ut ipſe ait, nam ei omnia proſequendi in animo non fuit, ſed ita ſcripſit ut nihil eruditius & elegantius legi poſſit. Is cum ſuas lucubrationes ad me miſiſſet: atque obiter poſtea de tua erga ſe ſingulari beniuolentia multa mihi retuliſſet. ſtatim intellexi ſibi iucundum fore, ſi tibi hos ſuos commentariolos dedicarem. Accipe igitur hoc munúſculum, non tam a me, quam a Ricchardo ipſo tibi oblatum, rogoque ut, quemadmodum & tuae húmanitatis officium eſt, & ſua meretur uirtus ac doctrina ita ſolito ipſum patrocinio apud Caeſarem noſtrum ſemper auguſtum & fouere & amplecti uelis. Vale.

*Ricchardi Bartholini viri eruditissimi de conventu Augustensi concinna descriptio rebus etiam externarum gentium, quae interim gestae sunt, cum elegantia intersertis.*

AT Caesar cum Thurcarum imperium: ac uires: indies augeri trucidatoque Soldano Ægypti: Syriaeque: ac Phoeniciae Regnum pene in prouinciam redactum: intelligeret, festinandum ratus: Augustae conuentum huiusce rei gratia omnibus Germaniae Principibus indixit. Interim ipse ad prouincias suas pacandas animum adiecit, habitoque in ponte oeni prouinciarum conuentu: & auxiliaribus pecuniis adiutus est: & multa, quae sibi ante hac de-

 tri-

trimento fuerant, ad meliorem formam redegit. Inde Augustam primus omnium profectus. Germanos principes: quanto poterat studio, & solicitudine, additis etiam pontif. max. diplomatibus ad conuentum urgebat. Albertus Archiepiscopus Maguntinus ante omnes mandatis paruit, ingressus est, obuiam sibi, de more, eunte Caesare, ita & etiam caeteris principibus, ne in singulis morer, factum est. Nullus non centum equis, vel apparatu regio aduentauit. Interim Cardinalis sancti Sixti qui unacum Reuerendissimo ac illustriss. Gurcensi legatus erat: Lantsberg Ducum Bauariae oppidum petiit (triginta millibus passuum ab Augusta abest) in posterum diem, ut credebat, Caesarem uisurus. sed longe aliter, quam arbitrabatur, accidit. Nam cum de ingressu sermo habitus est, rem in controuersiam cecidit unde in oppido, vel inuitus morari coactus est. In controuersia autem hoc erat. Archiepiscopus Maguntinus quibusdam

Controuersia inter Legatos, & electores.

dam literis, quas quoniam a Carolo aeditae ſunt: Carolinas appellant: ſuffultus, conſtanter affirmabat: ſe legatis minime ceſſurum quippe in eiuſmodi literis cautum erat ne Archiepiſcopus Maguntinus, cum Imperialis conuentus haberetur, a latere Caeſarum, uel regibus praeſentibus, diſcederet. Qua re ad Ducem Saxoniae uirum prudentem: & grauem, delata, cum pridie aliter ſenſiſſet: perendie eius diei ſententiam mutauit. tantumque abfuit ut conſuleret Archiepiſcopum cedere legatis oportere: ut ſi ipſe quoque locum daret, ſe perperam facturum. Cum itaque utrinque, ut res componeretur, fruſtra tentatum fuiſſet: ita ingenio Reuerendiſſimi Gurcenſis finis altercationi datus eſt ut ſcilicet ipſe, in templo a Caeſare: ac reliquis principibus, legatum tum primum agens, exciperetur. deinde Cardinali ſancti Sixti obuiam progrederentur. ita res acta. nam in templo a Caeſare ad eum per cocli-

Gurcenſis ingenium laudatur.

dem

dem descendente, maxima principum corona, legati nomine & salutatus, & exceptus est. Habita utrinque satis longa oratione itaque nemo sit qui falso Gurcensis consilium accusent. cum in tanta rerum controuersia illud egerit, ut consultius, & prudentius apostolicae sedis dignitatem defendere: & principum Germaniae virorum grauissimorum, & potentissimorum beniuolentiam melius conseruare non potuerit. vellem ut haec intelligerent, & perpenderent Romani Reges. quotus enim quisque & Germanus: & in Germania: & cum Germanis principibus, Caesareis quoque aulicis aliter persuadentibus: tali, in conseruanda legati dignitate, temperamento usus fuisset, ita iis, qui uix parem, superiorem uero neminem habere uoluerunt, secundae; meo iudicio, partes datae sunt, saepe enim specie recti decipimur. Ingressus est ergo Cardinalis sancti Sixti persica, ut legatum decebat, pompa, quip-

quippe qui vel Romam reuerti, vel Caesare ac caeteris principibus obuiam euntibus ingredi Augustam, uolebat. Rite ergo omnibus extra, intraque templum peractis. Fama attulit Hispanorum copias, quae in Aphricum contra Ænobarbum traiecerant, leuibus praeliis cum eo commissis, ita paulatim illius vires fregisse, ut ipsum, cum fratre, ac reliquiis copiarum terga vertere coegerint. Is cum intra moenia Tremezeniorum se recepisset, diu & acriter a nostris militibus obsessus est, qui cum longius obsidionem ferre non posset, qui cum longius obsidionem ferre non posset, ipse, una cum fratre, ac robore militum, quos intra arcem receperat, per posticam portam clam egressus, salutem sibi fuga comparasse arbitratus est. Hispani vero euestigio arcem aggressi vi ceperunt, commodumque de eius fuga certiores facti, cum valido equitatu prosecuti sunt. Caeterum Ænobar-

Victoria in Aphrica: de Ænobarbo habita.

bar

barbus in transitu fluminis, nostris superuenientibus, cum haud tuto effugere posset, manum conseruit, Pugnatum est utrinque acriter tandem cum nostri superiores, virtute militum, euasissent. Ænobarbum cum fratre, ac toto equitatu interfecerunt. affixaque eorum capita lancearum mucronibus, cum victoria ad urbem deportarunt. haec in Aphrica. In Germania autem Caesar cum mora principum aegre detineretur, relictis, qui intra urbem aderant, ut interim & de publicis & priuatis rebus disceptarent, abiit. Kalendas autem Augusti *Albertus* Archiepiscopus Maguntinus, ac Germaniae primas primas pileum, ac purpuram Cardinalatus accepit, praesentibus Caesare, aliisque principibus. Palatino, Saxoniae duce, Marchionibus Brandenburgensibus tribus qui secundum latus Caesaris assidebant, e regione autem Reuerendissimus Gurcensis: orator pontificis; Archiepiscopus Bremensis. Episco-

Archiepiscopus Maguntinus Cardinalis factus.

Epiſcopus Bambergenſis, Ayſtetten-ſis, Auguſtenſis, Tergeſtinus, Cortonenſis, in ſubſellis erant. Res ita acta eſt. Cum primum in ſacello pontificis diplomata lecta ſunt, datumque iuramentum, ſyrmaque Cardineum indutum templum ingreſſi ſunt, peracto ſacro a Cardinali ſancti Sixti (quoniam & Caeſari quoque donatiuum, ſiue corolarium pontificium dandum erat) Archiepiſcopus Magutinus ad altare acceſſit, & genubus flexis tamdiu ſtetit, quoad quaedam precamina legerentur, quibus finitis Legatus pileum Cardineum eius capiti impoſuit: comitatusque eſt ad ſubſellia, ubi a cancellario Maguntino gratiae relatae ſunt pontifici maximo collegio Cardinalium & legato. Inde Caeſar una cum legato ad altare proceſſit, detectoque capite grato animo enſem ac infulam, pontificium munus ſuſcepit. Legatus orationem ſed breuem, conciſamque habuit theologicam, magis, quam fuco illitam, ſed ſatis

Gladius & Infula donata Caeſari.

effi-

efficacem, qua finita in manibus Imperatoris, quod foelix: & faustum omen esset, ensem & insulam imposuit, peractis rite intra templum rebus, Caesaris legati: ac caeteri principes magno applausu Cardinalem Maguntinum domum usque comitati sunt. Die autem aduesperascente, Gurcensem duces Bauariae treis compluteisque alios principes in coena habuit, epulum satis adipale largiterque datum. Sequenti vero die cum etiam Treuerensis Archiepiscopus elector aduentasset, in urbanam curiam omnes ut aliquod tandem initium rebus daretur conuenerunt. Dum haec tractantur, fama attulit principes Pannoniae intestinis odiis, non sine magno regni discrimine laborare. Nam cum dieta etiam a Rege indicta fuisset: & inter caetera decretum, ut Episcopus Vesprunensis de rebus a se contra Thurcas per tot annos gestis, deque pecuniis ob eam causam expositis rationem redderet, ipse indigna-

Quaedam de discordiis principum Panno-niae.

dignabundus cum valida militum manu, unde venerat reuerſus eſt, & ut Regnicolas omnino moleſtaret, meditari occeperat, paulo poſt & palatinus Danubium, ignorantibus cunctis, quo eſſet profecturus, trajecit propterea Balbus vir egregie doctus Pannonum regis orator, apud Caeſarem inſtabat ut etiam Pannonicis rebus componendis operam daret, hortabaturque pro virili, ut ad vicina Panncniae loca ſe quam primum conferret. fore autem ut Caeſaris aduentu, omnia in meliorem ſtatum redigerentur. In Germania interim nil actum eſt, niſi quod quaedam priuatae conſultationes habitae ſunt. Illuſtriſſimus vero Gurcenſis & Cardinalis ſancti Sixti: oratores pontificis & Galliae de rebus Thurcarum tractauerunt, pomeridiano autem tempore venatum itum eſt. Ex Hiſpania vero nuncium accepimus Leonoram catholici Regis ſororem: Caeſaris neptem Regi Luſitaniae, maturae aetatis viro, in matrimonium datam, nec non

 propter

propter victoriam paulo ante in Aphrica habitam, decretum diem laetitia quotannis celebrandum. In Germania, ut pontificii tandem audirentur, in senatu principum conuentus habitus est, Legati deinde illhuc profecti sunt, excepti in altera porta curiae a Marquardo von Stain Praeposito Bambergensi viro graui & cordato, qui Caesaris locum tenebat, a Cardinali Maguntino, ac caeteris principibus, & primo literae, & diplomata apostolica recitata, quibus pontifex maximus principibus Germanis significabat, quo in periculo respublica Christiana posita erat, & propterea opus esse tantorum principum auxilio, hortabatur preterea ipsos ut cum sint potentissimi, & magna de eorum potentia spes ab omnibus concepta sit, velint suam ipsorum gloriam, ac vtilitatem reipublicae Christianae respicere, multaque cum in hanc sententiam recitata fuissent Cardinalis sancti Sixti, orationem habuit ad principes satis cultam, &

Legati mandata pontificis principibus exponunt.

Oratio-nis Cardinalis

rei accommodatam, qua quidem captata prius ab eis beniuolentia, cum se bonos nuncios fore diceret, causam exposuit quamobrem venerint, scil. quia periculum immineret nomini Christiano, probauit autem a victoriis nuper a saeuissima Thurcarum gente habitis, argumenta etiam sumpsit a discordiis nostris, hortatusque est ut expeditionem contra fidei hostes sumerent, cum multo potior inferentis quam propulsantis bellum, ratio sit, quod quidem & velle debere, & posse, probauit ab honesto: ab utilitate: a religione, item a potentia: a fortitudine: a disciplina militari: additque non sine infamia eos posse huic rei deficere: cum tota christianitas ex presenti pendeat conuentu. Item usus est & paradigmatis Imperatorum Henrici: & Othonis: qui christianum nomen saepissime oppressum liberarunt, & quo Germania Thurcis quam Italia propinquior est eo maiorem dandam operam esse: & acrius inuigilandum: ut non so-

sancti Sixti quaedam.

lum sibi, sed etiam communi commodo & utilitati consulerent. In fine ad concordiam pontificis maximi nomine bonis & efficacibus verbis hortatus est. Principes cum paululum consultauissent: responderunt se uoluntatem sanctissimi domini nostri, & per diploma iam lectum, & per orationem Reuerendissimi legati concinnam & ornatam intellexisse, quodque super hujusmodi negotio secretius & maturius consilium essent habituri: tamen quod Reuerendissimi legati pontifici maximo illud de principibus Germaniae polliceri possent, quod Sanctitati suae ad defensionem, & incrementum Christiani nominis uideretur. Nam quantum ad hanc prouinciam attineret, nunquam essent defuturi, breuique se responsum de omnibus daturos.

De modo consultandi in Dieta.

Caeterum antequam ad reliqua pergamus, aliquid etiam de modo consultandi, qui hujusce rei gratia habitus est, scribendum duximus. Cum aliquid in consultationem uenit Caesaris, Imperiiue nomine triplex consilium

ſilium habetur. Primum enim conſilium electorum Imperii : Secundum principum, prelatorum, comitum, & baronum. Tercium oratorum ciuitatum, Hae tres conſilii claſſes diuiſim conſulunt, & cum ſimul coeunt, ſingillatim ſententiae expoſtulantur. Quamquam & in ſecunda quoque claſſe diuiſio facta eſt, ut principes ſcilicet cum praelatis, Comites uero ac Barones : caeterique profani, in ſubſelliis inuicem diſcretis, ſederent. In negotio autem legatorum ita conſulendi ratio habita eſt, ex omnibus enim Imperii ordinibus aliqui delecti ſunt, caeterum, praeter electores, omnes ſtati & firmi erant. nam bini, donec ipſi per orbem intereſſent, mutabantur. Eccleſiaſtici elegerunt epiſcopos Bambergenſem & Ayſtettenſem ſed in locum Bambergenſis qui ualitudinarius erat, Auguſtenſis ſuffectus eſt. Item nuncium Herbipolenſem, Abbatem Wesburgenſem, ac nuncios praelatorum Sueuiae. Mundani uero Georgium Sa-

xoniae, Fridericum palatinum Bauariae duces elegerunt, item nuncium Wilhelmi Bauariae ducis & nuncium Lantgrauii Hassiae, ex comitum uero ac Baronum classe unum, Ciuitates autem Ratisponensem, Argentinensemque decuriones elegerunt hos ergo omnes consiliis & tractandis rebus, quoad super negotio legatorum disceptaretur interesse necesse erat, hoc itaque ordine ullus non intermissus dies in quo de rebus tum publicis, tum priuatis aliquid tractatum non sit. Verum enimuero illud mihi valde inutile uisum, inter Germanos principes, vna communis omnium salus dependet, tamdiu, pro primis, secundisue subsellijs, controuersiam ali. Nam dum eiusmodi ambitione detinentur, ea spernimus, quae mature agi necessum est. Vtinamque nec odia ita sua jacerent fundamenta, ut erui postea, non nisi cum totius superstructi aedificii ruina possit. At qui si haec, multaque hujusmodi alia recto iudicio percurreremus, quem, dii

Tacita principum correptio.

dii boni, alium, niſi nosipſos deprimimus: unde in tantum in animis mortalium creuit inuidia, ut altero nos priuari oculo facile patiamur, ſi utroque lumine captum iri alium credimus. ſed nos inſtitutam operam proſequamur. Initum eſt tamen hoc conſilii genus, ut ſine Caeſare electores, nam cum iis nulla eſt ſedendi controuerſia, in ſenatu cum caeteris principibus conuenirent, ubi poſt electorum locum. confertim caeteri ſederent. Die nona Auguſti Joachinus Imperii elector Cardinalis Maguntini frater urbem ingreſſus eſt. Sequenti die principes in ſenatu coiere. Gurcenſis autem domi, & ante prandium, & poſt, cum principum conſiliariis de rebus magnis egit. Dum haec in Germania habentur literae allatae ſunt quibus ſignificabatur Thurcarum Imperatorem Conſtantinopolim rediiſſe. Fama de reditu fuit duplex, alii dicebant, initam pacem cum Perſarum Rege, idcirco rediiſſe, alii ſtragem perpeſſum fuga ſibi ſalutem

De reditu Thurci Conſtantinopolim, & quaedam de eo.

comparasse, sed neutrum contigisse postea compertum est. Nam cum Thurcus ultra Eufratem traiecisset, certiorque factus, Persarum Regem omnia incendio deuastasse, timens ne rerum inopia laboraret retro cessit, impositoque Syriae ualidissimo praesidio, ad nostram perniciem Byzantium reuersus est. Joachimus autem elector postridie quam Augustam ingressus erat Legatos uisitauit, sed apud alterum, nostro enim familiariter utebatur, erudita habita oratione, utrunque ad prandium inuitauit. Conuiuium fuit saliare, & magnorum uirorum praesentia refertum. Nam praeter legatos affuit etiam Regis Franciae orator, & plaerique alii uiri illustres. Non multo post in aula Caesaris futurarum nuptiarum consultatio habita. Nam Casymiro Marchioni Ducum Bauariae soror, desponsata fuerat. Die XVIII. Augusti Archiepiscopi Coloniensis aduentus fuit, qui pompam, ut caeteri, haud multifaciens. uix illuscente die ciuitatem ingressus est.

Et

Et quoniam altera & de uotis in senatu exquirendis, ante Coloniensis aduentum altercatio inter Cardinalem Maguntinum, & ducem Saxoniae orta erat: placuit ut interim principum consiliarii ad res tractandas conuenirent, ubi tunc soli Ducis Saxoniae consiliario, caeteros postulare uota liceret. Si autem necessitas cogeret, ut principes interesse oporteret, Cardinalis Maguntinus uota principum exquireret, illudque tantisper obseruaretur donec Coloniensis aduentaret, qui una cum caeteris principibus iudicaret utri exquirendi uota prouincia deleganda esset. Dum haec principes nostri tractant uenit ad me Echius vir sane doctus, post verba utrinque habita, libellum ostendit, in quo objecta quaedam sibi, satis erudite diluebat, & quantum potui coniectura assequi, cuiusdam fratris Lutther sectatores, qui cum Echius ecclesiasticam dignitatem, ac ueritatem fortasse ipsam defenderet, in eum grauius, quam ut Theologos dece-

Controuersia inter principes de uotis exquirendis.

Contra Theologos noſtri temporis, qui omnia confundunt.

ceret, inuecti fuerant, Ego cum haec, & ſimilia fere animo repeto, ſtultos illos, immo ſtultiſſimos eſſe iudico, quorum opera, ac ſtudium, ſolum in iis quae ſibi nil praeter detrimentum, ac iacturam parere poſſint, uerſantur, a quibus tanto cautius abſtinere debemus, quanto frequentioribus exemplis inſtrui poſſumus, ne contra parietem caput illidamus, cum hiis temporibus plus odii ac inuidiae, quam beneuolentiae, ac premii literati conſequantur, cauendum a uero eſt, ne uerum ipſum pro falſo recipiatur. Sapere enim cum uitae interitu mihi ſtultiſſimum uidetur. Si deo gratus eſſe uis, ſine mundum ſua regi prudentia, atqui dices fortaſſe & nos manum ferulae ſubduximus, at propterea ſcire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc, ſciat alter, memineris ſapientiam huius ſeculi, ſtulticiam eſſe apud deum, nam quid certi in ſcientiis noſtris habeatur non plane uideo, & cum multa ſcire nobis perſuaſum ſit, longe plura ſuperſunt quae ignoramus, mira homi-

num

num inſania, atqui furor potius cum etiam illud noſtrae accedat dementiae, quod aliquando nullo fidei zelo, ſed uel odio: uel inuidia, ad ſcribendum impellimur. atque ut aliquid egregium: arduumque uideamur aggreſſi, ſtatim in eccleſiam catholicam: in pontificem: in principes: inuecti, tanquam mundi correptores quem ne Chriſtus quidem ipſe corrigere ex amuſſim potuit, & ſimus: & appellemur. o pauperes homunciones, o inſipidum animarum genus, quae templum Dianae Epheſiae incenditis ut famam aliquam, aut rumuſculum de uobis aucupemini. Deſinite cum bono: uel etiam cum maximo malo ueſtro. magnos crabones laceſſere ſi ſemel, quantum aculei habeant experiemini, puto uos in poſterum hujusmodi nugamenta minime ſcripturos. Perillo equus aeneus, quem ad torquendos noxios parauerat, nocuit. nocuit & Daedalo: & nepoti ingenium. Thamyras cum Apolline certans excoriatus eſt. Niobe: quae dicere ſole-

bat

bat maior ſum, quam cui poſſit fortuna nocere. audens cum Latona contendere in Saxum, quod adhuc lachrymari dicitur, verſa eſt. an quid Anippaeis picis, muſas ad certamen prouocantibus, contigerit ignoratis. Atqui haec fabulae ſunt. nos diuina ſectamur diſputatio eſt de religione, nihil perperam patramus. Dii ſuperi, medioximique, parum abeſt quin dicam, inferi quoque hoc uelint, ne tam ſcrupuloſa religionis cura uobis noceat, pariter & nobis, Nam in ſcribendo quantum gloriae, tantum etiam eculei & compedum uobis paratis. Nos uero ita ueſtris nouae cuiusdam fidei in uolucris, horrendisque Theologiae ſenſis obſtruſi detinemur ut ſuperis ne, an inferis credendum potius ſit, aliquando dubitemus. ut ergo dii uobis propitii ſint, deſinite iam, plus enim cum ſilentio tacita recti conſcientia: quam garrulitas, jactantiaque doctrinae, ad demerendam dei optimi maximi gratiam ualet. ſed ſuo quiſque utatur, ut uult, iudicio. ego hoc unum ſen-

ſentio, ut mundum repperi, ita quoque relinquendum eſſe. XIIII. kalendis Septembr. uocati principes ſunt ac legati, nam Caeſar oratores Poloniae qui paulo ante uenerant, auditurus erat dum legati in curia praeſtolantur: rurſus altercatio, propter legatorum praeſentia ſuborta eſt anceps propterea Imperator in ea temporis anguſtia, quid ageret: oratores enim iam curiae proximi equitabant, quidue conſilii captaret dubius, Epiſcopum Tergeſtinum propere miſit, qui oratoribus aliquam impedimenti cauſam ſubſtrueret, & propterea ut domum reuerterent, idque aequo animo ferrent. Idem alteri legatorum dictum. nam Gurcenſis intra cubiculum Caeſaris profectus eſt. Ita illius diei negocia tractata ſunt. Sequenti die Caeſar principum curiam, in qua omnes conuenerant, ingreſſus eſt. ubi de honeſto: & utili ſatis diſputauit quod que eiuſmodi alterationibus, quae magis ab odio, quam ab aemulatione gloriae oriebantur, fruſtra

Grauitas Caeſ. in dicendo.

tem-

tempus, cum maximo Germanici faſtigii dedecore, tranſigi, & propterea ne fomentum malorum omnium ulterius aleretur, pietatem potius, ac temporum neceſſitatem reſpicerent. ne in ſuam ipſorum inuidiam, quicquid Chriſtianis poſtea mali euenerit, rejiciatur. Haec & multa alia

Oratores Poloniae auditi.

cum Caeſar, ſatis grauiter & ſapienter diſputauiſſet oratores inibi Poloniae, qui priore die audiri non potuerunt, in eadem curia auditi ſunt. Et

Sedendi ordo Principum & Caeſaris.

quoniam haec prima Caeſaris ac precipum ſeſſio habita eſt, operae principium erit ſi de ſedendi ordine aliquid ſcripſero. Caeſar in ſublimi loco ſedens, dextra laeuaque principes omnes aſſidentes habuit. dextram tenuerunt Archiepiſcopus Maguntinus : Comes palatinus Rheni. Archiepiſcopus Bremenſis Marquardus praepoſitus Bambergenſis, qui Archiducatus Auſtriae locum tenebat. Capitaneus archiepiſcopi Saltzburgenſis orator. Epiſcopus Bambergenſis: Epiſcopus Herbipolenſis: EpiſcopusAyſtettenſis: Epiſco-

ſcopus Auguſtenſis: Epiſcopus Ratisponenſis: Epiſcopus Ratzenburgenſis: ac oratores caeterorum epiſcoporum. A ſiniſtro Caeſaris latere ſederunt Archiepiſcopus Treuerenſis elector. Archiepiſcopus Colonienſis elector: Dux Saxoniae elector: Marchio Brandenburgenſis elector. Georgius dux Saxoniae. Caſymirus Marchio Brandeburgenſis. E regione autem Caeſaris tres Poloniae oratores, ad dextram, & ſubſellium poſitum erat. in quo Joachimi electoris filius literis: morumque grauitate impenſe eruditus, & duo alii Marchiones Brandenburgenſes, ſed natu grandiores Itemque Comes de Anhalt iuuenis, ſedebant. a tergo, Epiſcopis Brandeburgenſi & Tergeſtino locus datus eſt. In hunc ergo ordinem cunctis aſſidentibus Epiſcopus Plocenſis uir literatus & grauis orationem habuit latinam plane, & rei ſatis accommodatam in qua ſapienter & erudite de expeditione contra Thurcas ſuſcipienda diſputauit, & quantum variis temporibus damni ac iacturae

De oratione oratorum Regis Poloniae.

passi sint Poloni, ac in praesentiarum patiantur : crebris Thartarorum Thurcarumque incursionibus. qui quidem cum & fide: & föedere ac eadem morum saeuitia coniuncti, & simillimi sint. ni contra eorum impetum Christiani principes semel uires colligant, breui de re publica Christiana actum fore praeterea duo latenter, & aliud fere agens, tetigit. in altero enim Germanorum principum ambitionem : ac intestina odia arguebat, qui bonam temporis partem in continentibus in subselliorum altercatione, postpositis quibuscunque & publicis: & priuatis negociis conterant, in altero autem acerbe in prusienses inuectus est, constanterque asserebat eos uestimenta pacis induere: intrinsecus autem nihil nisi bellum ac discordias moliri. De decimis autem exigendis haud aliter, quam caeteri persuaserant, sensit, quod quidem Germanis principibus durum, graueque uisum est. Post multos dies, qui tum priuate, tum publice consulendo, transacti sunt, Ducissa Bauariae Casymiro

DeDucissa Bauariae Casymiri sponsa.

miro

miro Marchioni desponsa Augustam, deaurato in pilento uecta, ingressa est. obuiam Caesar: ac caeteri electores prodiere. Cum ad diui Vldalrici monasterium peruentum est, pro templi limine, de more, Cardinalis Maguntinus aduenientem excepit, sponsaliumque praefamine bene adprecatus, arrabone anulo Casymiro copulauit. Inde ad hastenses ludos omni profecti. Nocte autem quae secuta est. maritus. maritaque una concubuerunt. Nam principum in Germania mos est, ut prius intra thalamum ius marirale perficiant, quam sacris intersint nuptialibus. Itaque cum aurora illucesceret, Cardinalis Maguntinensis qui sponsalia pridie auspicatus fuerat, celebraturus sacra, templum iugressus est. paulo post legati, Caesar autem tardiuscule aduentauit. Nam faeminae antequam comant ornentque sese: annus elabitur. Ipse caeteris principibus comitatus nuptam & neptem suam ad templum duxit. in quo ita diuisa subsellia sunt. Cae-

ſar relicta ſponſa per cochlidem ad ſuperiorem locum aſcendit. & e pluteolo, ut ſuus eſt mos, ſpectauit. Legati e proximo pulpito, aſſidentibus dextra: leuaque principibus. Infra autem in ſacerdotum ſellulis hinc inde ſponſus & principes reliqui. ſponſa in ſubſelliis mediis propterea aedificatis, qua cum & matronarum & puellarum quae in diuerſas diuiſae claſſes erant aſſidebant. ipſa ſola in primo ordine ſacra e puluino aureo, ſpectauit, eodem modo, & Caſymirus ornatu etiam aureo. antica; poſticaque fulgebat, infra omnes principes aſſidebant: in alteris e regione ſedibus Archiepiſcopus Bremenſis, quinque Bauariae duces, & duo Marchiones Brandeburgenſes. Cum legatis uero pontificis: Galliae: Poloniae oratores. epiſcopi quatuor: Georgius dux Saxoniae: princeps de Anhalt. & plerique alii uiri nobiles interfuerunt. Peractis ſacris epulum ſplendidiſſimum datum eſt. diuiſis, propter principum uirorum multitudinem, prandiis. Cum Caeſar

ſare ſponſa, ac nobiliſſimae quaequae matronae principesque diſcubuerunt: cum Cardinali Maguntino. Legati: & eccleſiaſtici ordinis caeteri. cum Guilhelmo Bauariae Duce, oratores: Barones: & nobiliſſimi quique ac puellarum turma. Domi autem apud Caſymirum quanquam ipſe apud Cardinalem prandit, bona nobilium pars conuiuata eſt. Vbique uariis miſſuum generibus certatum, apud Maguntinum papiliones: tentoriaque in horto extenſa, ut ſub uelum quodammodo, ne uel pluuia uel ſole offenderentur, diſcubuerunt. & praeter dapſilia: ac ſalaria obſonia, etiam aues: caſtra: arbuſtulae, mirotopiariorum ingenio, in menſas allatae. Cibaria, & priua & exotica: fructus item non illius regionis dati Miſſilium omnia genera. in tantumque rerum ſuauiſſimarum copia creuit ut dulciarios omnes, tragematarios, ac lactarios, in uſu enim frequenti lactaria opera ſunt apud Germa-

Prandia principum.

nos, redditos esse fessos credide-
rim. inuicem autem non sextario-
lis, sed capitolinis amphoris pro-
pinatum est, atque inter pranden-
dum praeter cytharedos, & sapho
illam a me saepius laudatam, cho-
rocytharistae: & psallocytharistae,
tympanistae, tubicines, tibicines-
que omnifariam & diuisim & mix-
tim personabant. Non defuerunt
& balatrones: mimornmque: ac
scurrarum collegia: qui milesiis
fabulis, ac fescenninis carminibus
conuiuarum aures permulcerent:
peractis ubique prandiis ad hasten-
ses ludos itum est. Caesar: Ma-
guntinus, Palatinus, Bremensis,
sponsam comitati sunt. quam au-
reo carpento uectam, a tergo pu-
ellarum pilenta quatuor sequeban-
tur. Caesar ex amicorum coena-
culis ludos e puluino aureo spe-
ctauit, in septis ludi hastenses, de
more, aediti, paria certantium
octo fuere. certauerunt Guilhel-
mus & Ludouicus Bauariae Du-
ces, contra Casymirum & comi-
tem

tem de Henneberg. concurſum eſt ſatis acriter. corollaria, & praemia uictoribus data. Deinde ad multam noctem choreae habitae. In poſterum diem ſponſa, ut diſcederet, initum conſilium eſt. Cum ergo primum aurora illuxit Caeſar, ac caeteri principes abeuntem extra portam comitati ſunt. numerum equorum fere trium milium fuiſſe plerique arbitrabantur. Sponſa ut ingreſſa proxime erat. deaurato curru uehebatur. pone Caeſar & principes equitabant, interjectis aliquot equitum turmis duodecim carpentorum ordo ſubſequebatur, maximo ubique & tubarum, & tympanorum confertim ſtrepentium ſonitu. Dum haec tractantur conſtans fama fuit Thurcas exercitum ualidiſſimum & terreſtrem; & maritimum parare, idque ſignificatum a Vicerege Appuliae. tantaque id celeritate agere, ut uerendum ſit, praeſenti anno aliquid in nos omnino molituros. & facient, niſi nos tantum belli appa-

ratum impediamus, de hoc latius in oratione nostra disseruimus. Caeterum in Germania, quoniam multae, arduaeque res in consultationem, ne dicam in controuersiam uenerant, uisum est ad eas mature perficiendas tempus omnino minime suffecturum. Itaque ut alio conuentus transferretur agi ceptum est. Interea faustus & foelix nuncius attulit Caesarem, ac Venetos in quinquennium Galliae, Hispaniaeque Regibus authoribus, inducias confirmasse. sed de hiis alias. Cum ergo aduesperasceret, illustriss. Gurcensis uir animi magnitudine ac liberalitate extra mortalium aleam positus, in coena duodecim comites habuit. in quam tanta rerum uarietas ex popinis allata ut oculi spectando deficerent. sed illa longe & opimior: & grauior coena uisa est, quae Reuerendissimo Cardinali sancti Sixti legato. & Caraccolo uiro solertissimo & grauissimo pontificis maximi: nuncio. Balboque pannoniae regis oratori

tori, & plerisque aliis uiris dignissimis, data est: in quam duo & uiginti missuum genera allata sunt; partim Germanice, partim Italice, concinnata: Nec defuerunt qui uel cantu: uel histrionica uariis modis conuiuarum, aures oblectarent: Nonnullis ergo elapsis diebus cum principes quid legatis respondendum esset, tandiu enim consultando distulerant, conclusissent. Orator ex collegio sacerdotium Leodiensium curiam ingressus est, oraturus mox, nisi principes prae rerum magnarum taedio. quo affecti erant, uetuissent. in schedula tamen, quae dicturus erat, uti describeret, iusserunt. is cum in sinu haberet. porrexit. quae quidem nihil aliud continebat nisi maledicta, ac conuicia, in Romanensem curiam. numerabat fraudes omnes: uicia: scelera: sycophantias: deceptiones: imposturas, in quibus curiales nostri temporis uersantur, omnia corrupta esse. nihil boni: nihil pii: am-

plius cognoſci: nihil juſti: nihil ſancti foueri. & pleraque alia hujusmodi nulla alia de cauſa recitabantur, niſi quod jura omnium beneficiorum eſſent abolita. illud tantum de omnibus, & ubique agi, quod ſycophantae illi, ac impoſtores Romae uolunt. tantumque abeſſe, ut aliquid certi in ſacerdotiis habere poſſis propter regreſſus: acceſſus: reſeruationes & ut perinde ualeat: expectatiuas: reuocationes: & mille id genus, ut pedales quoque ac tibiales reſeruationes paulo poſt ſint proditurae: & quod grauiſſime ferendum eſt, ignari: ac infimae conditionis homines. non uirtute ulla: non literis praediti, in ſtabulis tantum: ac popinis uictitare ſoliti: ingenio malo, prauoque ad magnas plerumque efferuntur dignitates: quod quidem cum ubique hoc patrari, ſed potiſſimum in Leodienſes conſuetum ſit. rogare principes: obſecrareque, ut effraenata curialium libido aliquando coherceatur,

ceatur, Quando haec ignorante pontifici maximo; omnium optimo: & ſanctiſſimo committuntur, non uereri ſi de hiis omnibus; ac omnium fere collegiorum querela a principibus Germaniae certior fiat quin peſſimi quique, qui Romanam curiam labefactant poenas daturi ſint. Cum haec, & pleraque alia in hanc ſententiam lecta fuiſſent, dilata ad pomeridianam conſultationem fuerunt. Interim pontifici maximo diplomata recitata ſunt. Nam cum plerique nunc auaritia; nunc ambitione eum accuſarent. diluit in iis obiecta. ſuadetque principibus tantum abeſſe, ut pro ambitione quicquam ipſe aggredi meditetur; ut etiam omnem defenſae Chriſtianitatis gloriam in eos; modo eam tueri uelint; reiecturus ſit, quae autem auaritia damnaretur, falſo eo uicio accuſari, cum ipſe id tamen ſe uelle, quod principibus Germanis, ad bellum Thurcis inferendum, proficuum magis uideretur, ſem-

per asseruisset. Quae cum principes intellexissent iniquo, ut accepi, tulerunt animo damnatis etiam summopere iis, qui huiusmodi discordiarum nutrimenta disseminarent, cum publica potius negotia, quam quid unus, uel alter, seorsim a bonorum opinione senserint, respicere deberent. Sed illud longe dissimillimum Germanorum principum dignitati uisum est, cum etiam scriptum esset si trahi aut rationibus, aut persuasionibus in sententiam non possent impellerentur quoque, ut lubet, factum uel laudent uel uituperent. ego enim huius causae disceptator esse nolo. Pridie Kalend. Septemb. quatuor uiri nobiles Caesarem adiere, supplicaruntque ut Palatinos regalibus, sic enim appellant, Palatinatus insigniret, eoque annuente, Ludouicus elector. & Fredericus fratres, palatini comites intromissi sunt. Sedebat in fastigio Caesar, reliquis utrinque stipatus electoribus. Palatini autem coram ge-

genuflexi confirmari ab Imperatore humillime petierunt. Cardinalis Maguntinus, quoniam Germaniae archicancellarius eſt, pro Caeſare reſpondit. pronuſque & ipſe iuramentum legit, Palatinis ſingula uerba ſubſequentibus impoſita demum manu, Caeſar utrumque regalium munere proſecutus eſt. Augebatur interim fama, quemadmodum & Reuerendiſsimus Cardinalis ſancti Sixti, ſe habuiſſe literas mihi recenſuit, Thurcas non ſolum Conſtantinopoli formidabiles parare copias, ſed etiam Dyrachii: ac Velonae claſſem multarum nauium in dies fabricare, eosque, cum uacua praeſidiis maria ſint, celocibus praedatoriis ad Caietanum littus noctu deſcendiſſe, atque Mola oppido incenſo direptoque tam hominum, quam rerum ingentem ſecum praedam: tribus, haud amplius, ſuorum amiſſis, aſportaſſe. Ex Pannonia autem, quod etiam ſperantius uir candidi ingenii mihi retulit, nunciatum eſt Thurcarum Imperatorem

Bel-

Belgradum ualidiſſimis copiis obſidione cinxiſſe, oppidum ad confluentes Danubium, & Sauum poſitum eſt, antiqui Taurodurum appellabant, dejectisque paſſim moenibus bis in oppidanos impetum feciſſe. Pannones autem, qui toti regno, ſi oppidum caperetur, periculum imminere animaduerterant, compatato confeſtim exercitu, quantus prae anguſtia temporis parari poterat, ad opem obſeſſis ferendam profecti ſunt. incredibilis omnino Thurcarum in rebus perficiendis celeritas. qui deuicta Ægypto: Syria: Phoenicia: Paleſtina: coele: fugatoque ex Armenia Perſarum rege, in Europam: tempeſtatis ac fulminis more, priuſquam eos Byzantium rediiſſe intellexerimus, cum exercitu traiecerint. Dixi alibi, & ulterius, tempus fore ut noſtrae ſegnitiei ac deſidiae aliquando poeniteat. Ecce iam confinia regnorum noſtrorum pulſant: uictoresque & mari & terra in contemptum ſuperbiae noſtrae euagantur. qui refractis Panno-

no-

noniae repagulis, quod breui futurum puto, ad montium quoque ardua penetrabunt, nulli parſuri niſi iis, qui etiam a fortuna contemni poſſunt. Reges: principes: quique ex Elephantium utero oriundos ſe gloriantur. in triumphum petunt: in uiles animas non uibrant gladios: eas uiuere uolunt, ut capite cenſeantur. deglubenturque ad cutim. Et quod miſeriarum noſtrarum: ac futurorum malorum indicium eſt, uix unus: aut alter fidem adhibent. credunt comentitia eſſe. eaque in uulgum tantum aedi, quae ad theſauros Germaniae exhauriendos utilia uideantur. Ego mihi fortunisue meis aut nihil, aut parum timeo, cum nihil habeam nihil it perditum. & quiſque cantabit uacuus contra latronem uiator: Si etiam immutanda erit religio, parum lucri iacturaeue nobis accedet. Quantum enim noſtrorum temporum mores: ac ſcelera: a Thurcis diſtant? aut quotus quiſque eſt, qui fidem Chriſtianam. uel ſemiſſe decies in die non abiiceret?

ret ? Sed haec ſero querimur. & pharmacum animam exhalantibus plus obeſſe ſolet, quam prodeſſe. patiamur & caetera aequo animo. quando noſtra inter parietes iactantia, & alteri inter pocula Briarei, duo Imperia Byzantiacum: & Trapezuntium, regna uero duodecim amiſimus. Non uereor tamen ſi priſci illi uirtutis igniculi: qui nunc in mortalium pectoribus mortui ſunt, aliquando reuiuiſcerent: quin pietatem imprimis: ác demum Romani Imperii gloriam animo ſuis amplecteremur. Principes igitur cum reſponſum, quod Germanica: latinaque lingua ſcribi iuſſerant, legatis tandem reddituri eſſent. Caeſaris prius trutinae: ac cenſurae, quam in uulgum prodiret, ſubjici uoluerunt. Caeterum quantum coniectura aſſequi poſſum, ut non receptum ita ne reiectum quidem, in poſterum diem ita redditum eſt. Legati: oratoresque & pontificis & regis Galliae. Caeſariani uero Epiſcopus Tergeſtinus, & Prepoſitus in Walt-

Waltkirchen cum ſimul conueniſſent. diſceptaſſentque de futuro principum reſponſo, ad Caeſarem profecti ſunt. conuenerunt & oratores Poloniae. Caeſare igitur, ac reliquis ſeſſitantibus. Epiſcopus Tergeſtinus in hanc ſententiam uerba fecit Sacratiſſime Caeſar. Cum ſereniſſimi principes diu multumque ſuper iis, que a Reuerendiſſ. legatis, ac caeteris oratoribus propoſita fuerant, cogitauiſſent. animaduerterunt rem arduam eſſe: atque perdifficilem: in qua de expeditione contra Thurcas ſuſcipienda ageretur. Et id circo molem rei ac magnitudinem complectentes animo, conducibiliusque fore ſi negocium maturius tractaretur, rati in praeſentiarum reſponſum dare liquide ſe haud poſſe. Sed cum primum in prouincias rediiſſent populos quenque ſuos conſulturum eſſe: & quid inde hauſerint in proximo conuentu, quem ante diſceſſum nominabunt, relaturos. Haec Tergeſtinus breuiter & ornate, ac fortaſſe prudentius:

Reſponſio Principum ad Caeſ. & legatos.

quam

quam uel noſtra uel temporum culpa mereretur, factum. non enim omnia quae in ſchedis ſcripta fuerant, uulgoque iactabantur retulit. Caeterum non erit ab re ſi etiam in hoc albo breuiter & conciſe deſcripſero.

Reſponſio in ſcriptis.

Principibus, cum multa in conſultationem occurrerent. quae ob rei difficultatem, a celeritate procul eſſe uidebantur tria tamen obſtare, quae haud dubie impediendi, uel omnino retardandi expeditionem

A difficultate.

uim eſſent habitura. Primum erat, quoniam uires hoſtium ualidiſſimae ſunt, ut non minus, quam quinquaginta armatorum millia e Germanis eſſent ad bellum datura nomina. & propterea de annuo ſtipendio; ac de incredibili comeatuum copia ratio habenda. Cum per loca Thraciae, Moeſiaeque ubi nulla frumentationis, praedaeue occaſio datur, iturae copiae ſint. Germanos ſiquidem ſuis uiribus, non alienis confiſuros. cum multa in hanc ſententiam quae rei difficultatem ac magnitudinem arguerent, ſatis grauiter: & copioſe de-

descripta fuissent. Secundo loco illud quoque, quod in ore omnium erat. caeterum satis ornate, & prudenter tangebatur: nos tamen uulgi opinionem sequemur: obstare scilicet maxima quod omnia sacerdotium collegia ad decimam persoluendam haud facile induci posse suspicabantur. Cum nullus in Germania locus sit, qui propter ea quae in dies perperam, committuntur, querelis uacet, Quando quidem omnia sacerdotia, ita passim: & sine discrimine conferuntur, ut neque compactata (ut dicitur) Germanicae nationis, neque iura gentilitia intacta remanserint. Caeteras nationes, Gallos: Pannones: Sarmatas: Dacos: Britannos: inuiolatis uiuere iuribus. Pontificis maximi cum iis foedera iamdiu inita, seruare. Solum Germanos in praeda esse uel externarum gentium. tantumque abesse, ut principum: municipiorum: liberarum ciuitatum: ac collegiorum sacerdotia, a dolis curialibus immunia sint, ut omnia eorum iura

De querelis sacerdotum.

ſuſpendantur: debilitentur: frangantur: irritentur. ac ne Epiſcopatibus quidem parcatur. unde illae patronorum: ac rabularum conflatae Romae diuitiae. Nam priuſquam certi quicquam habeatur, uel pro tantulo beneficio, per tam longam officiorum ſeriem, quae ad extorquendas pecunias tantum excogitata ſunt, tibi circumeundum eſt, ut propter diſpendium maximum iacturamque incredibilem, templi ſuppellectilem, ac pannificia omnia licitari neceſſe ſit. Sed utinam & illud quoque prodeſſet. nam ubilibet Romae noua, & in excogitata iura reperiuntur, & cum omnia deſunt, ſilentia non deſunt, rupto, uiolatoque omni iure: atque equitate mortalium. Et propterea omnibus iam ſacerdotiis: uel altercationibus: uel grauibus penſionibus, ſine quibus quidpiam in praeſentiarum non conſequimur, exhauſtis. nec non & clam: & in praepatulo, mentibus erga pontifices male affectis, Coniuncta tertio loco profanorum etiam querela

erat.

erat. que mirum in modum inuidiam exaggerebat. ii nullatenus ſe uigeſimas quinquageſimasue daturos affirmare. Et ſi principes cogerent, peſſime factum uociferari. Qui toties populis ſuis ob hanc cauſam expilatis, ſe toties pueriliter decipi ſinerent. numerare quoties datae pecuniae ſunt. tum demum in pecunias diripiendas, non in Thurcas, bellum geſtum eſſe, repetere & annatarum originem quas a principio inſtitutas eſſe aſſerebant: ut contra Thurcas, Sarracenosque exponerentur. interrogare identidem tantus pecuniarum aceruus quorſum periit. & in quem uſum eccleſiaſticae praedae tandem conuerſae fuerint. Quamobrem ne illud quoque de decimis, ac uigeſimis fiat, ut pro conſuetudine ſcilicet, ac potius lege impoſterum haberetur, quod ſemel imperaret neceſſitas, ſe, quo minus eiuſmodi onera imponerentur, pro uirili prohibituros. Hiis ergo de cauſis Germani principes cum prouinciam maxime arduam: atque animorum acerbitatem. uiderent.

A querelis profanorum.

rent. differre, consultius arbitrati sunt. ut interim persuasionibus populi emollirentur: & ad magnitudinem rei, & inchoandam & perficiendam mature omnia compararentur. Caesar uero qui persuadendo: hortando: monendoque nullum praetermittit tempus, Legatique una: ac caeteri oratores, qui Regum suorum nomine satis ualidas copias pollicebantur, ut responsum in primis schedulis graue ac maturum commendarunt: ita in fine reiiciendum omnino putauerunt, cum ad ea descenderint recitanda, quae non modo non inflammare animos, sed frigidos quoque reddere: atque a tanta expeditione penitus alienos, possent. Itaque satis graui oratione argumentisque, quae a principibus obiiciebantur, diluerunt. Non multo post Pannoniae Regis orator a Caesare auditus est. Qui de incursionibus Thurcarum in Pannoniam, superuenientibus etiam literis Marchionis Brandenburgensis ita recensuit. Thurcas noctu intempesta, nostrisque

Veritas de incursione Thurcarum ad Albam graecam.

que nihil tale ſuſpicantibus ad moenia Tauroduri ueniſſe, & quanto maiore ſilentio poterant oppidi propugnacula, conſcendiſſe. Vigiles cum ſtrepitum armorum, cohortantiumque ſe inuicem militum uoces hauſiſſent: claſſico, clamoreque oppidanos excitare: uociferari adeſſe hoſtes. ſic repente ubique ad arma concurſum eſt. Hoſtes autem ſuperatis propugnaculis: obtruncatiſque cuſtodibus portas oppidi pene fregerant. Noſtri, facto impetu, Thurcas reiecerunt. pugnatum eſt utrinque acriter. uerum oppidani cum ſuperiores euaſiſſent, hoſtes, infecta re, abierunt. minitabundi ſe paulo poſt cum ualidioribus copiis affuturos. Ex Thurcis ducenti interfecti ſunt, ex oppidanis uero non plures uiginti ſeptem deſiderati. Quod autem oppidi moenia (ut ſuperius dixi) demoliti fuerint, falſo relatum eſt. Non multo ante cum etiam Rhoxolani Amaxobios & Lituanos prodabundi inuaſiſſent in oppugnatio-

ne oppidi a Sarmatis circumuenti trucidati sunt, idem & Tartaris contigisse literae ex Sarmatia allatae testabantur. Haec mihi Reuerendissimus Episcopus Plocensis, apud Caesarem, Poloniae regis oratorem agens, recitauit Vir grauissimus & literatus, & cui, sine controuersia, fides adhibenda est: Quae quidem omnia, cum in comitiis principum, mandato Caesaris recitarentur aliqui uix risum moderati sunt, cum longe aliter factum, quam nostri commentati fuerant. qui rem adeo grauem: ac periculosam fecerant ab initio, ut omnes palam dicerent Pannonas Regnum: & nos Germaniam triduo ammisuros. Quid si Thurcarum Imperatorem, quesitum diu, & nusquam hactenus repertum dixerim, me ne diras propterea incursurum credendum est: Atqui literas uidi, uidi, inquam, literas, quae ex Dalmacia nuper allatae sunt quibus significabatur, non modo Thurcum Constantinopolim non rediisse, sed etiam utrum uiuus sit, an

Opinio de Thurco quod sit mortuus.

an mortuus, a plerisque dubitari. Ego in tanta rerum, uel potius mendaciorum uarietate nec probare nec refellere quicquam audeo: abeant Thurcae in peſſimam crucem. Si Pannoniam uel Germaniam attigerint, ſpero niſi nobis deeſſe uolumus, non Ægyptiorum molliciem, ſed uiros & duratos gelu, & aſſuetos armis, reperturos. Sexta Idus Septembr. comitia habita ſunt, in quibus principes cum in cauſa Ducis Vuirtenbergenſis hinc inde multa tractauiſſent. Caeſari ſupplicarunt, ut cum eo mitius, clementiusque ageretur. Qui ita reſpondiſſe fertur. Et ſi nunquam ulla nos hactenus mouit cauſa, ut contra naturam noſtram quicquam ageremus, tamen immatura hominis huius facta: ita animum noſtrum inflammarunt: ut malimus a conſuetudine clementiae noſtrae diſcedere, quam ulterius turbulenta eius conſilia, immenſamque erga domum Auſtriae ingratitudinem perpeti. Referrem, ſi ſine exprobrationis uicio fieri poſ-

Germanorum laus.

Caeſaris verba in cauſa Ducis Vuirtenbergenſis.

